est casus ecōuerso. Opp. de l. si fundus. §. si res de pig. Soluit gl. Ibi agitur de dāno vitā tādo: hic de lucro captādo. Ista nō est vera per l. domos. s̄. e. Dic ergo ibi dispositio est perfecta, ita q̄ alteri est ius queſitū, q̄ in cō tractibus fit incontinēti, in legatis post mor tē testatoris: & tūc si domus legata destrua tur: & reficiatur tunc adhuc durat ius alteri, q̄ſitū: vt d. l. domos. & d. §. res. sed hic nō erat ius iā quæsitū: qa adhuc viuebat testa tor. Opp. de l. si grege. in fi. s̄. eo. Soluit glo. ibi fuit cōbusta, & nō refecta: & sic nil fuit ibi factum à testatore: sed hîc fuit destructa & refecta à testa tore: per quod videtur, mutari voluntas. Dices tu quare non eodem modo videtur mutari volūtas, qñ areæ legatæ testator
a domū imponit: vt l. seruū filij. §. si areæ. s̄. eo. Rñ. quādo legat area, & imponit domus, debebitur legatario, sicut quodlibet au gmentū rei legatæ: vt l. q̄ in rerū. §. si quis post s̄. eo. & l. si ex toto in prin. Sed qñ legat domus tota, q̄ postea destruit, area q̄ rema net, non debetur tanquam res legata, sed tanquam pars rei le
b gatæ, vt no. per glo. in l. scire debemus. de verb. obli. Dixi secun dū Iac. de Are. in d. l. seruū filij. §. si areæ. Si ergo testatori iterum postea domū imponit: illa area nō pōt peti tanq̄ pars rei legatæ & quia tūc cedit alteri domui: nec tanq̄ principaliter legata, tra hit ad se totū: qa nūq̄ fuit principaliter legata & legatū ptis nō re cipit incremētū: vt l. seruī electiōe. §. fi. s̄. e. & q̄ ibi no. Vltimò in ducit Dy. arg. de eo qui est electus. Prior à canonicis, & oēs mor tui sunt ante confirmationē: & alij noui nolūt, dic vt hic per eū.

¶ *Cùm res tantum valeat quantum uendi potest: qualiter dicetur iustum pretium, cū res emptorem non inuenit.*

1 Si æquo. Valet legatū de re emēda iustoptio h. d. Quæritur, cū res tm̄ valeat † q̄ tū vendi pōt: vt l. si seruus. in prin. s̄. de cōdi. fur. l. mor tis causa, la v. §. fi. de do. cau. mor. Quomodo poterit dici iustū pretiū rei q̄ emptor nō reperit? Rñ. vt tex. ponit, & ſe pe accidit qñ qs vult vendere propter necessitatē ēptores ostend dūt se nolle emere vt vilius emāt ēptorē, ergo iuenisset, nisi necessitas vēditoris sub esset, & mō p̄tiū æstimabit. Vel pone q̄ erat liber iuris, qui in vna ciuitate, nō emit: qa ibi nō erat studiū: alias si nō reperiret emptorē ppter vitiū rei, nō valet. Q nero, qs æstimabit iustū pretiū? Rñ deo, iudex. arg. l. hac edictali. de secū. nup. in §. his illud. l. fi. C. de iure do. & de fideicom. lib. l. alieno. §. fin.

¶ *Procuratore alicuius ad mortem condemnato, differtur executio ad domini petitionem, donec reddat rationes.*

b Seruus. Traditio rei legatæ differtur ex causa le
1 gitima. h. d. Per † istū tex. dicit Dy. q̄ si procurator alicuius est condēnatus ad mortē, q̄ ad petitionem dñi debet differri executio donec reddat ra tionem. Ad idem l. seruo legato. §. seruus. j. eo. & per Cy. in l. j. C. de bo. dam. dixi in l. fi. in prin. de pub. vbi videtur. q̄ nota.

Si ex pluribus. Nominati per nomina propria vocā tur in viriles. hoc dixi. Dixi i l. turpia. in fin. s̄. eod.

2 ¶ *Inter mortem & aditionem suo hærede existente non est medium.*
Si unus dominus dicat seruo, uade ad pontem, & si obuiaueris libero, liber esto, aliis similiter dicat seruo, & inuicem se obuient, an ambo sint liberi.
3 *Capitaneus, qui proposuit de rebanniendo exbannitum statute statuto, quod si hoc proposuerit, desinat esse capitaneus: an propositio uideatur facta à capitaneo remissiue*
4 *Conditio tacita quæ procedit ex testamento impedit legatum.*

Ipost mortem. Quo ad acquisitionē inspi
c citur dies legati cedentis, et si concurrat in puncto fauemus ei cui legatum est, h. l. Oppo. j. ti. j. l. peculiū. §. Titio. Solue vt In gl. Hic. §.
1 facit † quod inter mortem, & aditionem, non est mediū suo hēre de existente. De quo glos. variæ sunt quod dico plenè in l. fi. de condi. insti. Hoc quod hic dicitur de puncto inducitur per Gul.
2 ad q. i l. Arethusa. s̄. de stat. ho. dominus dixit † seruo suo: vade su prà pontem, & si obuiaueris libero, liber esto, alius dominus di xit alteri seruo: vade supra pontem, si obuiaueris seruo, liber e sto. Isti duo inuicem se obuiauerūt: quæritur, quis eorum sit li ber. Hæc lex facit quia in istis quæstionibus de puncto debea mus interpretari in partem fauorabiliorem. In cōtrariū videt ca sus in d. l. Arethusa quia ibi tertius filius qui nascitur, facit matrē liberam, in illo puncto ipte nō est liber: tanq̄ natus de matre sua. Dic ergo, quædā concurrunt in puncto succesiuè, hoc est, stā rim deficiente vno, incipit aliud. & in istis iudicamus de vno q̄ prius: de alio per posterius. Ita loquitur l. Arethusa. vbi prius na scitur puer, & perfecta natiuitate in illo puncto mater est libera quę antè erat serua. vnde verè natus est ex serua. Ad idē. j. de so. l. sub conditione & l. quoties. & de noua. vbi in pūcto quis obli gatur, & liberatur vbi præcedit obligatio: & statim extinguitur, & succedit liberatio. Qñq̄ duo concurrūt in puncto pariter, & non succesiuè, & tunc qñq̄ ad validationē actus, de quo log mur, nō est necesse q̄ vnū præcedat aliud: sed sufficit q̄ vnū nō sequatur post aliud: & tunc iudicatur pariter de vtroq̄, vt hic in ver. præterq̄. & j. de re. du. l. si inter virum. Si verò est necesse, q̄ vnū præcedat aliud: tūc si illa duo cōcurrūt simul: tunc ille actus vitiat: vt l. si fuerit. de re. du. licet quandoq̄ in dubio præsumat aliquid eorum præcisisse, scilicet. q̄ est fauorabilius: vt d. l. si fue rit. in fi. & l. qui duos. §. ij. de reb. du. & d. l. si fuerit. in fi. & l. qui duos. §. ij. de reb. du. & d. l. si fuerit. in fi. Nunc ad propositū, ille, cui fuit dictū si obuiaueris seruo, nō es liber: quia in actu, in quo obuiauit, ille erat seruus. Ille, cui fuit dictū, si obuiaueris libero, non erit liber: quia in puncto in quo obuiauit seruo, licet succes siuè: statim factus est liber. Facit † ad q. quā dispurauit Iaco. Bur. de capitaneo qui proposuit in cōsilio de rebanniendo exbannitum: cùm etiam statuto caueatur q̄ si hoc proposuerit, desinat esse capitaneus: vtrum propositio videatur facta à capitaneo. de quo dixi. in l. si quis id quod. §. j. de iurisd. om. iud.

Si pure. Datio libertatis directa sub cōditione, facit lega
tū videri datū sub cōtraria cōditione. Sed si datur
1 in diē omnino extiturū, legatū, vidētur simpliciter reuocatū. h. d. Opp. de l. peculiū. §. si. j. tit. j. Gl. soluit & bene. Extra glo. † oppo. tacita conditio non impedit legatum quo ad transmissionem: vt l. ij. s̄. eo. & l. conditiones extrinsecus. de condi. & demō. Sol. ista conditio tacita venit ex ipso testamento. contraria loquun tur in conditionibus tacitis, quæ veniunt extriusecus.

1 ¶ *Legatum factum ab extraneo seruo legato acquiritur hæredi: sed hæres tenetur restituere legatario.*

Seruo legato. Seruo proprio legato potest qs
legare: & dies cedit ab adita hæ reditate. hoc dicit. Quid si ab extraneo relinquatur seruo
1 legato? Dicit glos. quod si dies legati cedit ante ad tam hæredi tatem eius qui legauit seruū. quæretur seruo, & per seruum hæ reditati. Sed quæro † vtrum hæres eo casu cogatur restituere le gatario. Glo. j. titu. j. l. quod seruus. tenet q̄ sic. Idem Iac. de Are. per l. si tibi homo. §. cum seruus. j. eo. & per alias leges hic allegin glos. Pe. in l. fi. C. de vsu. & fruct. leg. tenet cōtrariū: & ibi gl. hoc videtur sentire. Idem in l. Herennius. s̄. de vsu. Puto istam glos. veram, vt interim acquiratur hæredi: sed hæres tenetur restituere re: & sic ipso iure nō quæritur legatario, per d. l. quod seruus. j. ti. j. expressius in l. huic scripturæ. s̄. ad legem Aquil. & s̄. eo. l. apud Iulianum. §. j. ver. & si seruus. vbi dicit quicquid per seruum fue rit acquisitum hæres debet præstare.

¶ *Si promittens non alienare sub pœna, alienet rem subiectam restitutioni, non incidit in pœnam.*

Si seruum. Alienatio rei sub conditione legatæ, vires lo
gati non perimit. h. d. Opp. j. qui & à qui l. ge
neraliter. §. j. Soluit glos. quod alienare potest interim: non ma numittere. Ratio. s̄t: quia datio libertatis est irrecuocabilis. Opp. de auc. res quæ. C. cōia deleg. dicit glos. q̄ hodie etiam interim
c non valet alienatio. Item no. C. communia de leg. l. fi. §. sinauē auaritiæ. & j. de condi. & demō. l. si fundum. & ad Trebel. l. Mar cellus. §. res. & l. plerūq̄. circa fi. j. de reg. iur. in contrarium no. in l. cum pater. §. libertis. j. tit. j. & auc. de testi. & ea quæ pa. in prin. in ver. alienari. Et istā vlt. tenet Pet. & Cy. in d. auc. res quæ. & Dy. hic tangit. Non obstat auc. res quæ. quia ibi nil innouat in modum prohibitionis alienationis: sed à prohibitione l. antiqua
1 excipit duos casus. Et per hoc † potest solui quæstio secundum Pet. aliquis promisit non alienare sub pœna, & alienat rem quæ subiacet restitutioni: an incidat in pœnam? & secundum istam gl. non incidit in pœnam: quia alienatio nō valet, Facit C. si mā. ita fue. ali. l. ea quidem. sed secundum alias glos. & doc. incidit in pœnam: quia alienatio valet. quod no. est Barto.

Actio

¶ *Actio q̄ oriatur ex statuto quamuis uerba dispositiua ad aliquem non dirigantur.*

Si testator. Ille agit ex legato cuius interest: licet ad eū verba nō dirigant. h. d. Glo. opp. tribus mo
dis vt i gl. Per istā † l. & similes dixi pluries, i statutis q̄ ex eis oria tur actio illis, quorū interest, licet ad eos nō dirigant verba dispositiua: vt ecce, dicit statutū q̄ filia fœmina nō succedit extantibus masculis: licet hoc statutū expresse nō disponat q̄ masculi succe dant: tñ qa eorū fauore fit ipsi agēt ex ipso statuto, tanq̄ pro eis esset factū: vt hic, & l. fideicō. cū, esset. & §. interdū. j. tit. ij. q̄ not.

Si fundus. Species legata debet dari talis, qualis est, nisi aliud sit expressum. hoc dicit.

Seruus. De isto §. dic vt lege. seruus vni. suprà, eodem.

Si res. Si dubitatur an res legata existat, hæres debet cauere de prosequendo, & restituendo, si eam inuenerit. hoc dicit. Et hoc declara vt no. in l. cùm seruus. s̄. eodem.

1 ¶ *Retentione possum ius meum conseruare, si res, pro qua uel in qua ius habeo per uenit ad me sub spe restituendi.*
2 *Onus luendi rem legatam, quando ad hæredem pertineat.*
3 *Testator quod non posit legare ius pignoris, uel seruitutis hæredis, q̄ habet super re.*

Si seruus. Si res, † pro qua, vel in qua ius habeo,
1 peruenit ad me sub spe restituendi: pos sum per retētionem conseruare ius meum. h. d. Opp. q̄ ius meū, s. actio furti sit ipso iure salua: vt l. legatarius. §. j. s̄. eo. & l. à Titio. j. de furt. soluit gl. hic fuit legatū sub cōditio ne, vel in diē. Op. extra gl. de l. cū rē alienā. C. e. l. si res obligata.
2 Solu. Intellige † q̄ hic testator ignorauit, nec interuenit aliqd de his, q̄ ponūtur in l. si res obligata. s̄. eo. per quę colligit q̄ testator noluerit q̄ ad hęredē ptineret istud onus: sed si testator sciuisset, vel interuenisset aliqd de his quę inducunt præsumptionē, & hę res debet luere rem legatā: tūc onus esset hęredis: vt ibi. Ita sentit gl. in l. qd ergo. §. si hæres. in vna sol. s̄. eo. ti. Sed cōtra hoc oppo.
3 † testator pōt legare ius suū, & ius hæredis sicut suū: nec adhibet distinctio, vtrū sciuerit, vel nō: vt l. vnū ex familia. §. si rē. j. ti. j. Sol. Aut hęres habet ius in re iure dñij in totū, vel in partē, vel ius il lud, q̄ est pars dñij, vt vsus fructus: & loquit cōtrariū. secus si ha bet aliud ius pignoris, vl̄ seruitutis, et simile, vt hic. Ita soluit tex. j. tit. j. l. cū filius. §. dominus. Fallit fauore libertatis: vt j. de ma. te sta. l. si fructuariū.

1 ¶ *In legato generis habentis certos fines à natura, legatarius eligit.*
2 *In habentibus fines facto hominis hæres eligit: & non legatarius.*

Si domus. Legatū incertū rei, q̄ habet fines fa
cto hominis, valet, si in patrimonio re
2 periat: aliàs secus. h. d. Opp.ª & videt q̄ electio si lega tarij: vt l. legato generaliter. s̄. eo. fol. Huius timorè for tè dicit glo. q̄ hic testator sensit de certa re, licet non apparcat de qua. Si ista gl. esset vera, frustra distingueret inter fundū & domū in d. l. legato generaliter. s̄. eo. in l. cū post §. gener. s̄. de iure dot. cū etiā legatū fundi factū simpliciter, si testor sensit de certo va leret: vt d. l. legato generaliter. §. j. Dicēdū, est ergo q̄ hic testator nō sensit de certo. & ita intelligit d. gl. Dy. in c. obscuris. de reg.
1 iu. lib. vj. Nō obstat cōtrariū, q̄ dicit † q̄ debet esse electio legata rij: qa illud verū i rebus, q̄ habēt certos fines à natura: vt bos, vel equus, & similes, in qbus legatarius eligēdo nō pōt multū grauā re hęredē: qa in estimatiōe modicū distat bos à boue, cū de me diocri tractat: vt d. l. legato generaliter. vel hō ab homine: vt d. l.
2 fi. §. j. C. cōmunia de leg. sed hic loquit in rebus † q̄ habēt fines fa cto hominis: qa domus cōstituit pariete interiecto: vt l. q̄ in re rū. §. si qs post. s̄. eo. Et inter domū & domū pōt esse maxima dif ferētia. Vñ si legatarius posset eligere posset gauare multū hęre dē. Idē si legat scyphus, q̄ habet formā facto hominis vt electio sit hęredis: vt d. l. legato generaliter ne nimis graueť hęres. Hāc ratio nē ponit gl. in simili in l. hæredes. §. si incerto. s̄. fa. ercisc. Oppo. s̄. de iure do. l. cùm post. §. gener. Gloss. dicit, aliud in legato fundi aliud in legato domus. Ratio: quia fundus habet fines sola desti natione patris fami. domus facto hominis interueniente. Et hāc opi. tenēt omnes, & Dy. in d. c. in obscuris. de reg. iur. lib. vj. glos. in d. l. cùm post. §. gener. Tangit opi quorūdam qui dicebant idē esse in fundo, quod in domo. quam sequebatur Iacob. de Aret. & Petr. Ego sustineo glo. quam examino in l. si ita stipulatus. in prin. de verbo. obligatio.

1 ¶ *Si res legata est præstita extra iudicium, an cautio peti possit*

2 *Actio ex testamento q̄ remaneat etiam cautione præstita nisi fuerit interposita animo nouandi.*
3 *Hæres an teneatur de euictione, nisi dicatur.*
4 *Lex, cū rē alienā. C. de legat. q̄ habeat locū quādo testator simpliciter putabat rē esse suam, nō respectu alicuius cause. secus si putabat suam ex causa.*
5 *Hæredi an sit denunciandum, ad hoc ut legatarius possit agere de euictione.*
6 *Legatarius agens de euictione petit ab hærede rem legatam.*

↦ P. PAV. P
¶ Op. vide Abba. in c. pastoralis. §. qñ aūt. in prin. de præs.
¶ De euictione. Ad de vt per Abb. consi. xlv. lib. ij.

De euictione. Re legata euicta nō p̄stita cautiōe agi
tur ex testamēto: sed antēq̄ euincat officio iudicis cautio postulat. h. d. Primò format vnā q̄stionē. Se cūdò p̄mittit vnā regulā. Tertiò ex illa regula infer ad solutionē queſtiōis. Secūda ibi: & regulariter. Tertia ibi: cæterū. In prima parte casus est clarus, & i secūda etiā. In tertia ponit sic casū ex regula p̄cedēti, q̄ est q̄ re euicta pōt agi ex testamēto: ifert Iuris cōsultus sic: ergo si re euicta pōt agi: antēq̄ euincat pōt cautio pe ti officio iudicis deseruiente actione ex testamēto, p quā res lega ta in iudicio petit. Sed si res legata fuerit soluta extra iudicium: an cautio posit peti, nō dicit aliqd. Prima ps nō habet cōtraria, ne que dubiū. Ad expeditionē secūdæ q̄ro, ad cuius determinatio nē veniāt illa verba, sine iudicio. Dicit gl. ad determinationē illi us verbi p̄stitā, nō illius verbi euincit. & bñ: qa si euinceret sine iudicio de euictio. agi nō pōt: vt l. nō tñ. & l. si dictū. §. j. s̄. de eui. & l. vtiq̄. s̄. de rei vē. & de neg. gest. l. at q̄ natura. in fin. Circa ter
1 tiā partē † quæro: si res est p̄stita extra iudicium: an posit peti cau tio. Quia tex. nō dicit, gl. dicit q̄ nō qa non est actio cui seruiat. Est em̄ solutiōe sublata. Vide gl. ij. ar. p hoc C. depositi. l. iiij. Cō tra hāc sol. videt tex. in l. Iul. §. j. de ver. obl. Pet. dicit q̄ ibi fuit so lutū adiecto: hic principali. Certè hęc posset esse fuga q̄tū ad il lā legē, tūc hoc est cōtra l. etiā. de sol. quare Dy. dicit gl. istā nō ve rū dicere: imò etiā re p̄stita posset peti cautio: vt d. l. Iulianus. §. j. & d. l. etiā. de sol. Nō obstat tex. hic: qa licet. dicat q̄ re euicta pos set agi ex testamēto, & q̄ si petit in iudio pōt peti cautio: & non negat quin resoluta extra iudiciū pōt cautio peti: hoc est ipsa res ppter cautionē habēdā, vt d. l. Iulianus. §. j. & l. etiā. Nec obstat l. iiij. C. depositi. qa ibi vult agere ppter accessionē: hic ppter cau tionē, q̄ respicit totum ius rei legatæ: ideo re soluta adhuc agit ac
2 tiōe prima ppter cautionē. Quęro. † & intro tertiā gl. vtrū cau tione p̄stita remanet actio ex testamēto? Rñ. sic: nisi fuerit inter posita animo nouādi: vt l. iiij. §. si ex cōuētiōe. j. de re iudi. Quęro
3 † vtrū hęres teneat de euictiōe rei legatę. Gl. h. distinguit. Exa minemus quodlibet mēbrū. Primū mēbrū est, qñ legat res i ge nere: quo casu debeť euictio magis ex qualitate, q̄ titulo, siue o bligatiōis specie. Ro. similia verba ponit in l. q̄ cōcubinā. §. si hę res. j. ti. vij. vult dicere q̄ hoc est ex qualitate obligatiōis: qa i ge nere. Et regula est, q̄ ibi qs teneť in gñe: tenet rē facere accipien tis: & p cōsequēs de euictiōe: iō ēptor, q̄ teneť ad p̄tiū in gñe, de bet facere p̄tiū accipiētis: vēditor qui teneť ad speciē non: vt l. ex empto. i prin. de act. emp. & iō puto si qs vēderet frumētū i gñe facere debet accipiētis: et q̄ Ro. dicit, q̄ hoc nō, pcederet ex tit. si ue ex specie obligatiōis vult dicere, titulus legati est titulus lu cratiuus, cuius natura est, vt qs nō teneat de euictiōe. nisi ,pmit tat: vt l. Aristo. in fin. de dona. & no. i l. ij. C. de euict. & tex. i l. ad res donatas. de ędil. edic. Prædicta vera, qñ res legat in gñe sim pliciter: secus si legareť incertus de certis: vt lego vnum ex seruis meis. qa tūc æquiparat legato speciei: vt l. in rōne. §. diligēter. & §. seq. j. ad l. Fal. & j. de sol. l. q decē. §. Stichū. in fi. §. Et p̄dicta ve ra qñ res legat gñaliter, i. vna res indeterminata de gñe. Secus si legareť vniuersale: vt, lego peculiū, vel hērditatē: & tūc si qdē eui cereť, esset dānū legatarij: vt C. de euic. l. j. secūdū mēbrū est, qñ legat species certa q̄ est ipsius testōris: tūc dicit gl. frustra q̄rit de euictiōe: nisi fortè esset pignorata: vt l. p̄dia. C. d fideic. & Insti. e. §. si rē. vult dicere qñ testator legat rē, ppriā, nō pōt euinci. nisi p iniuriā iudicis: q̄ iniuria nō debet nocere hęredi: vt l. si p iprudē tiā. de euic. Intellige, nisi hæres dederit cām donatiōis iustę: qa noluit exhibere instrumēta legatario: vt C de fideicō. l. instrumē ta. ar. l. qd ergo. §. si hæres. s̄. eo. Et hoc est verū qñ aliqs euince ret rē in totū iure directi dñij. Sed si rē in totum nō euinceret: hic aduerte: aut euincit rōne alicuius iuris q̄ habebat i re. & hæres non tenetur: qa testator non videtur legare, nisi ius quod habe bat: vt hac l. in fi. Sed si illud ius, p qd' euincit, licet non esset ius dñij, auferret rem legatario in totū per hypothecariam: tunc di

a ✠P. P A V. P. ¶Secundò no. Multa cõcedunt ratione affectionis, quæ aliàs nõ cõcederẽt vt p Mathe. de affli. i trac. ptomiſ. i j char. col. j. ſi. cũ duab⁹ ſeq.

☞Pro cõcordia. Aduerte q donari vel legari nõ põt res emphyteutica per emphyteutã, ſine cõſenſu do. Bar. in l. ſi. C. de iu. emphy. Cõtrarius alle. in hac l. ſi domus. §. ſi fundus. in determinãdo an emphyteuta poſſit donare, vel legare. Sed in alio caſu i eiſ dẽ locis dicit do. Anto. de Nicel. Bal. con trariari ſecũdũ barb. Sicul. in c. potuit. de loc. col. vij. qui dicit mirũ eſſe q ab aliꝭ nõ tãgaſ. nãvoluit ſe çũdũ eũ in hoc. §. fin. q emphyteuſis eccle ſiæ nõ poſſit donari irreqſita eccleſia in l. j. ff. de ſuperfi. ver. pe nul. & idẽ ſeçũdũ eũ refert Bal. tenuiſſe in l. vſusfru. ff. ſo. ma. et in l. ſi. C. de iu. emph. Cõtrariũ tñ ſecundũ eũ q poſſit donari, alle. Bart. in l. j. C. de fun. pa. li. xj. So. ſecũdũ ipſummet Barb. ſic. Et melius ex-verbis do. Iaſ. in d. l. ſi. in illamet q. §. formata. in char. ix. & ſeq. C. de iu. emphy. vbi alle. Bar. ita cõſuluiſſe vt §. p negatiua p l. vniuerſas. quæ eſt l. ij. C. ne rei do. vel tẽ. quæ eſt canonizata xvj. q. iij. in c. pen. §. vniuerſas. & in hoc §. fi. & i l. i cõuentioni b⁹. de ỽ. ſig. et i l. ſi patroni. i pri. ff. ad Tre. ✠P O M A T E S.

b ¶Si fundus. in princ. Vide Alex. conſi. xl-vij. in iij. vol. & vide q ex hoc iferat Old. cõſil. cviij. in ij. colũ. verſ. circa tertiã. Ale. cõſi. ix. ad fi. vol. iiij. ✠P. P A V. P.

b ¶Si fundus Vide omnino Soc. in l. legata. in vl. char. ff. de cõdi. & demonſt.

c ¶Quæro vtrũ. Bal. hic tenet cõtra l. fi. C. de iur. emph. & l. j. §. donare. q̃liter olim feu. po. alie. aliter dicit in c. potuit. de loca. vide ibi Ioan. de Imol. Andre. Barba.

d ¶Legari & donari. Adde vltra alle. Bal. cõſi. cccl xx. l. j. vbi dicit q hũc caſum habuit in aduocatiõib⁹ cũ Bar. & vide Old. cõſi: cclxx. Abb. cõſ. lxxiiij. ij. lib. & vide Ale. i cõſ. cxxxvj. co. iiij. ỽ. ſ. ad hoc nñdet. i j. vo. et i eõſ. ix. quaſi p totũ. i ij. vol. & inquãtũ Alex. tãgit an emphyteuſis poſſit diuidi irreqſito dño, addẽ Bal. q ſic, cõſi. cxxxix. ic. diuiſio. li. iiij. Et an poſſit locari ad longũ tps, vide bal. cõſ. cccx lvij. li. iij.

e ✠P. P A V. P. ¶Sit dubium. Vide Com. conſi. ij. inci. emphyteuta. & d. Iaſ. in l. ſi. col. xl. ver. ſeptimò quæro. C. de iu. emphy. & Alex. hic.

f ✠P. P A V. P. ¶Iac de Are. vide Alex. conſi. xxxj. col. ij. ad ſi. & conſi. ſeq. & conſi. xiij. col. ij. vol. ij. & Fel. inter monaſterium. col. ij. verſi. clauſula ſaluo iure. extrà, de re iu. pau. de caſt. conſi. cxlvj. in vlti. col. prope finem.

g ¶Facere. Adde q ang. cõſ. cclxxvij. ici. pũct⁹ 2o. Io. de Fl. tenet p hũc tex. q ſi teſtõr i ſuo teſtõ inſtituto filio filię facto legato, relictoq; ei⁹ ffe executore teſtamẽti decedat: cõtigat ẽt decedere fratrẽ executorẽ, q ſit⁹ inſtituris ſuis filijs dicat itẽ lego. iubeo, & mãdo q p̃dicti heredes mei executiõi mãdẽt teſtm̃ fris mei. q p hęc verba qa offm executoris ad hæredẽ nõ trãſit videat teſtator mãdaſſe vt ſoluant legatum ſactũ filiæ alterius teſtatoris, cuius ipſe erat executor.

tem conteſtandi, ſed animo fugiendi iudicium. Nam ſi quis dato libello cõfiteret ad iſtũ finẽ vt dãnaret ex ipo libello: tũc indu cit cõteſtatio; vt no. in l. j. C. de lit. cõteſta. facit l. ſi reus. §. de pcu.

3 a **Qui confitetur.** No. hic, †q ex cauſa ſoluit aliud pro alio. Secundò no⁹. †q habet

4 ratio affectionis. quod intelligo nõ vt p hoc res plus æſtimet⁹; qa eſſet cõtra l. pretia rerũ. j. ad l. fal. ſed ad aliũ finẽ: vt l. cũ ſeruus. §.

5 man. Tertiò no. q † contra cõfitẽtẽ officiũ iudicis eſt quandoq; facere ſolui aliud pro alio: ſicut contra eum quem condemnat, Ad idem j. de confeſ. l. Iulianus.

1 ☞*Qui habet fundum uectigalem, illum legare poteſt domino.*

2 *Fundus emphyteuticus non poteſt legari, nec donari.*

3 *Si alienatio emphyteuſis fit ad inuicem inter plures, qui ſimul condu xerunt: licitè fit.*

☞**Si fundus.** b Ei, qui habet dominium directum, põt legarí ab eo, q habet vtile: & in dubio videtur qs

b 1 legare ius, quod habet in re. h. d. No. † q qui habet fundũ vectigalem, poteſt legare domino. qđ intelligo, etiã ſi illud ius debet

2 finiri morte legantis: vt l. qđ in rerũ. §. j. ſ. e. l. Sticho. de vſufr. leg. †Quæro vtrum c fundus emphyteuticus poſſit legari & dona-

c 2 ri a. Hic videt q ſic. Ad idẽ l. in cõuentionibus. j. de ver. ſig. & ibi

d p Ia. de Are. no. gl. in l. ſi. C. de iu. emph. Cõtrariũ no. in l. j. C. de fun. pa. lib. xj. & hoc puto verũ in alio emphyteuta q̃ reipublicę per l. fi. C. de iu. emph. vbi nõ ſolũ vẽditio, ſed oĩs alienatio prohibetur. Et hoc ibi tenet Pe. Nõ ob. iſta lex & ſimiles: qa loquuntur in emphyteuta reipublicę. Ratio qa tũc ad quẽcũq; vadit res eoipſo q eſt poſſeſſor tenet ad vectigal, vt l. fi. C. ſine cen. vel rel. & l. Imperatores. de pu. vnde non intereſt reipub. ſed in alio emphyteuta ſecuꝰ, cũ nouus poſſeſſor nõ teneret ad pẽſionẽ cũ ipe nil promiſit: & ideo nõ põt alienare ſine cõſenſu dñi. In emphy-

e teuta eccleſiæ puto q nõ ſit dubiũ c: qa nec vendendo, nec donando, nec aliquo modo poteſt alienare, vt l. j. & ij. C. ne rei dot.

3 vel tẽplo. Et per † dicta rationẽ dicebam quando plures qui conduxerunt ſimul emphyteuſim inuicem alienant, fortè non eſſet prohibitum: quia quilibet eſt obligatus ad penſionem eccleſiæ. Dixi in l. ſi mihi & Titio. infra, de verbo. obliga.

1 ☞*Si uendo fundum excepto iure coloni: & nullus ſit colonus: an debeam habere medietatem fructuum?*

Si quis legauerit. Exceptio rei quæ non reperitur nihil importat. h. d. Nota ſimile de exceptione obſcura: dixi in l. Titia textores. ſ. eo. Op. de l. certo generi. in prin. ſ. de ſer. ruſt. præ. Sol. Solum cõtinetur appellatione vineæ ſi ibi ſint vites: vt

f ibi. ſecus ſi nõ ſunt, vt hic. Ia. de Are. d quærit † ſi vendidi tibi fundum excepto iure coloni qui habebat medietatẽ fructuũ, ſi nul-

1 lus reperitur colonus, an ipſi venditori debeatur medietas. Et dicit q iſta exceptio nil operatur, vt hic, ſ. de vſufru. l. ſub conditione. & commu. præ. l. ſi quis duas. §. ſi in venditione. de contrahẽ. emp. l. fi. de act. emp. l. ſi mercedem. in fi. de euic. l. minor. in fi. qđ intellige niſi inter partes cõſtabat nullũ eſſe colonũ niſi ipſum venditorẽ: tunc videt intelligi debere q ipſe vẽditor habeat ius coloni, vt d. l. ſi quis duas. §. ſi in venditione cõia præd. quod no.

1 ☞*Clauſula promittit ſe facturum & curaturum: quid importet: & eſt communis ad ultimas uoluntates & contractus.*

g **Si hæres.** Qui iuſſus eſt facere ꝰ, vt habeam, tenetur mihi dare. h. d. Op. de l. illa ſtipulatio. §. eũ de ver. ob. Gl. dicit hoc ſpeciale in vltimis volũtatibus. melius ſoluit in illa l. ij. cum alle. in gl. qa aut aliqs grauaẽ vt det: & debet dare, vt l. vbi autẽ. in fi. de verb. ob. Aut grauaẽ ad faciẽ dũ aliquid; & ſimiliter debet dare, vt hic. Quandoq; quis grauaẽ ad curandũ vt quis habeat: & tũc ſufficit q det reum locupletẽ,

1 vt l. cõtraria. & l. fi. ſ. fi. ſi cer. pe. Plus ergo importat qui obligat facere ẽ q qui obligatur curare. Ideo in inſtrumentis apponit hodie vtrũq;, ſcilicet q promiſit ſe facturum & curaturum, & iſta ſunt communia tam in contractibus, ẽ q in vltimis voluntatibus.

1 ☞*Quæ ſit differentia inter uicum & ciuitatem, & uillam, ac caſtrum.*

1 **Vicis.** Vicis poteſt legari ſicut ciuitatibus. hoc dicit. †Quæro quæ eſt differentia inter ciuitatem & vicum. Glo. hic dicit q ciuitas honoratur quibuſdam dignitatibus q̃bus non honoratur vicus. In vſu vero cõmuni dignitas epiſcopalis quæ fit in loco facit ciuitatem. Et ita videtur ſentire Fede. Imperator in conſtitutione illa de pace Conſtantiæ. Inno. de hoc tractat in c. quæ in eccleſiarum. extra de cõſti. Vicus verò & villa dicunt quæ iſtas dignitates nõ habẽt: & eſt nomen generis, vt l. q ex vico. j. ad

muni. Caſtrũ verò diſtinguit à villa: qa villa nõ eſt muris vel vallis circũdata, vt hac gl. & p gl. in l. ex hoc iuregentiũ. ff. de iuſti. & iu. & p Io. an. i c. ſi ciuitas. de ſen. excõ. lib. vj. Inducitur iſte ver. q pars ciuitatis poſſit facere ſyndicũ. quod dixi in l. ſi quis à filio. in fina. ſ. eo. Sed quid dices de vno burgo? Certè vi

a ſi quis à filio. in fina. ſ. eo. Sed quid dices de vno burgo? Certè vi

a ¶Repetita. Adde vt per Roma. consi. cccl vj. & cccxxxvij.
b ↦P. AVV. P. ¶Si sic legatum. De istis verbis & pluribus alijs, vide Moder. in §. bonæ fidei. col. ij. & xiij. insti. de actio. & si dicatur sola facti veritate inspecta. vide Feli. in c. canonum statuta. col. xvij. & seq. de consti. vide etiã quæ scripsi in l. quintus. ff. manda. & in l. procurator. Iaſ. in l. j. col. ij. C. de sacrosanc. eccle. quid si duo verba sint simul iuncta quorum alterum importat liberã volũtatem, alterum arbitrium boni viri. Vide bar. in extraua. ad repri. in ver. videbitur. ad fi. quid si cõmittatur conscientiæ alicuius, an importet arbitrium boni viri. vide Iaſ. in l. certum. col. ix. ad fi. C. vnde legiti.

c ¶Videt. Adde quid de verbo videt. Abb. consi. cx. et consi. iiij. vbi etiã de verb. placebit. & quid de verbo pro libito voluntatis, per Bald. consi. lviij. lib. j.

5 ↦POMATES.

d ¶Si mihi legatũ. Limita vt per Barro. in l. creditor. ff. de li. le.

e ¶Tibi decem. Adde an valeat legatũ si testator dicat, lego centũ quæ mihi Titius debet, cùm nihil debeat. Bal. consilio cccclxv. lib. ij.

↦P. P. AV. P.

f ¶Dy. Inducit. Vide Alex. in l. locus. ff. de acq. pos. et do. Frã. cõsi. cxlix. col. iij. Alex. cõs. xxiiij. inc. viso. et cõs. xxxj. col. iiij. inc. visis et accurate. ver. corroborant. & cõsi. clxxxviij. inc. pspectis his. vo. iiij. et Alex. cõsi. xlvj. col. pe. & vl. et Fel. latè in c. de quarta. col. viij. in princip. de præscrip.

g ¶Comes. Adde Oldra. cõsi. clxiij. incip. viso priuilegio.

5 ↦POMATES.

h ¶Nisi de iure. Refert & sequit Alex. cõsi. xxviij. inc. visis et accuratè ponderatis. in iiij. co. v°. ad p̃dictorũ cõsir. in j. vol. & vide Ale. cõsi. xxiij. in iiij. co. ver. nõ em̃ põt. in ij. vol. Feli. in c. ij. in vj. col. & in xx. col. de prescriptis. Cepo. consilio lxix. in vltima columna. & Barba. consilio. xcix. & consil. cl. & consilio l. in xij. columna. in j. volumi. aliquid in simili per Felin. in c. cum causa. in ix. col. de re iudi. & c. inter monasterium. in ij. colum. eodem titu. Barba. in simili consilio xxvj. in viij. columna. in ij. volumi. Roma. consi. clxxx. in j. colum. & consi. cccxxxvj. in j. colũ. Cald. cõsil. cxviij. in j. col. & seq. & quando quis se in alqua dispositione refert ad aliquid quod nõ apparet, an dispositio vitietur, vide Feli. in c. ij. in iiij. col. & sequen. de rescrip.

i ¶In cessionarium. Adde inquantum Alex. tangit de villa, quæ promisit purgare riuum ꝙ illam sequitur Bal. consi. lxxviij. lib. iij. & inquantum tangit ꝙ stante statuto ꝙ debitor debeat capi ad instantiam creditoris ꝙ poterit capi ad instantiam cessionarij. quod idem consuluit Roma. consi. cxlij. etiam absq; eo quod citetur: quod facit ad dicta hic per Alexan.

intelligantur repetita[a] in alio. Dic aut est vna clausula generalis per se: & dic vt dixi in l. talis scriptura. in fi. ş. eo. Aut est quædã qualitas accessoria vni capitulo: et illa an intelligat repetita in alio: dic vt dixi in l. prætor. §. eritq; j. vi bo. rap. Quæro quid de rescriptis. Et dic vt l. si iudex. ş. de iudi. & extra de rescri. c. causam quæ. & etiam per gl. & ibi per Inn. circa quod vide remissiones ad Spe. quas dedi in l. talis scriptura. ĩ fi. ş. e.

1 ☞*Legatum collatum in uoluntatem hæredis si tibi uidebitur ualet.*

2 *Verbum uidetur iudicio tuo, uel si tibi placuerit, importat arbitrium boni uiri.*

Substantia cõtractus nõ põt conferri in uoluntatẽ alterius cõtrahẽtiũ: etiã puerba arbitriũ boni uiri denotãtia.

4 *Verbũ liberũ, uel plenũ orbitriũ, importat liberã uolũtatẽ.*

5 *Ille cui aliquid est commißum in liberam uoluntatem, potest miuste arbitrari, dum dolus abst.*

I sic legatum.[b] Valet † legatũ si in arbitriũ hæredis tãq; boni viri cõmittit. h. d. No. ꝙ verba hic posita importãt arbitriũ boni viri, nõ liberã volũtatẽ. Op. de l. senatus. §. legatũ. ş. e. Solue. Ibi fuit legatũ in liberã volũtatẽ. † Quęro qd de verbo, vt ꝛ Rñ. importat arbitriũ boni viri, vt l. fideicõ. la iij. de fideic. li. Quid de verbo, placebit? Rñ. idẽ l. Thais. §. soror. de fideic. li. et l. lucius. la j. iũcta l. fideicõ. e. ti. Quid si dico iudicio tuo, vel iudicio talis? Tex vt ꝙ ĩportet liberã voluntatẽ in l. Thais. §. lucius. † Quęro, qd ĩ cõtractibus? Rñ. substãtia cõtractus nõ põt cõferri in arbitriũ alterius cõtrahẽtiũ: et ꝙ verba ĩportãtia arbitriũ boni viri, vt l. qd' sępe. §. j. de cõtrah. emp. fallit ĩ dote, vt l. cũ post. §. gener. ş. de iu. do. & l. j. C. de do. pmis. Accidẽtalia cõtractus bñ põt cõferri ĩ arbitriũ alterius cõtrahẽtiũ, vt l. hęc vẽditio. de cõtrahẽ. em. † Ista aũt verba q̃ sapiẽt arbitriũ boni viri, si haberẽt determinationẽ ex alia dictione, põt ĩportare liberã volũtatẽ, vt si dicat: habeat liberũ arbitriũ, vel plenũ arbitriũ, vt l. fideicõ. §. q̃p̃q̃. j. ti. ij. † Quęro qñ vr cõmissum in liberã voluntatẽ, qd põt ille facere? Rñ. põt arbitrari qũ ovult et iniuste, vt l. cũ qdam. j. titu. j. dum tamen dolus malus absit. vt l. creditor. §. Lucius. ş. manda.

1 ☞*Relatiuum iunctum secundæ personæ, uel tertiæ quantitate expreßa, uel non, conditionem inducit: iunctum primæ quantitate expreßa demonstrationem: si non est expreßa conditionem.*

2 *Defectus debiti demonstrati sine quantitate facit deficere substantiam legati.*

Idem si debitori uel tertio relinquatur quantitate expreßa. secus si per debitorem creditori.

3 *Conditio proprie non est de præsenti.*

4 *Comes concedens alicui quicquid iuris habet in tali loco non ualet conceßio nisi appareat de iure concedentis.*

Si mihi.[d] Legatũ est inutile si relinquatur in tertia vel in secunda persona, siue quantitas exprimatur, sive non. sed in primò valet quantitate expressa: aliàs inutilè constituitur. h. d. secundùm Dyn. Vel aliter. Relatiuum † iunctum secundæ vel tertiæ psonæ quãtitate expressa, vel nõ conditionẽ inducit. sed iũctũ primæ quãtitate expressa, demõstrationẽ: si nõ expressa, inducit cõditionem. h. d. secundũ Oldra. Tu dic † defectus debiti demõstrati quãtitate non expressa facit deficere substantiam legati. Idem si quantitas exprimat, & ipsi debitori vel tertio relinquatur. Secus si per debitorem creditori. h. d. Si lego tibi decem[e] quæ debeo, licet non appareat ꝙ teneatur testator ad illa decẽ: tamen legatum valet. h. d. secunda pars huius §. Sed in primo casu ideo non valet: quia non apparet quãtitas, sed hic apparet. In textu ibi, lego, scilicet eidem Titio vt differat à casu præcedenti & sequenti. Quæro quæ est ratio differentiæ inter hos casus. Dicit glo. in vno casu loquitur testator per verba primæ personæ, in alio per verba secundæ & tertiæ. Idem Dyn. & Old. vt patet ex summario eorum. quod non placet: quia etiã in primo casu posset loqui testator per verba tertiæ personæ. Pone ꝙ ipse testator vocaret Titius, & diceret sic: centũ quæ debet Titius Seio legat. cõstat ꝙ valeret legatum. Dic ergo in prin. §. qñ quantitas nõ exprimitur: ratio est euidens, vt tex. dicit. In secundo quando debitor legat creditori quãtitate expressa grauat hæredem in quantitate, & sic substantia rei legatæ reperit: & tunc falsa demonstratio nõ vitiat. In tertio casu legat creditor debitori centũ quæ debet. tunc grauat hæredem suum liberãdo. Sed si debitũ nõ apparet: deficit substantia rei legatæ: ideo nõ valet legatũ. In quarto casu, si quis legat alicui qđ debet tertius: videtur legare actionẽ. quæ si nõ est, deficit substãtia rei legatæ, aliàs nil videtur legasse: vt euidẽter tex. dicit. Itẽ ꝓbatur in l. legaui. de li. leg. per tex. & gl. Op. relatiuum iunctũ verbo præsentis temporis vel præteriti, nõ facit cõditionẽ: vt l. Stichum. ş. eo. hic dicitur cõtrarium. qđ videbatur tenere Old. in summario. qđ truffa est. Veritas est † qđ nunq; de præsenti, vel præterito est cõditio prię: vt l. si ita stipulatus fuero hanc. de verb. obl. & tex. q appellat conditionẽ: & l. cũ ad præsens ş. si cer. pe. impropriè loquunt. vt hic sentit gl. no. Loquitur ergo hic de demõstratione, cuius defectus extinguit substantiam rei legatæ & per consequẽs legati sicut defectus cõditionis: ideo hic appellat eam conditionẽ. Op. ꝙ falsa causa non vitiat legatum: vt l. cum tale. §. falsam. de condi. & demon. So. hic erat talis causa, seu demõstratio quæ faciebat deficere substantiã legati. Ad idem l. si seruus. §. qui quinq; j. eo. Dy. † inducit[f] hunc §. in arg. quidã Comes[g] concesßit cuidam ecclesiæ quicquid iuris habebat in tali loco. Certè nil operat, nisi de iure cõcedentis[h] appareat: vt hic, & l. legaui. de li. leg. Inconcutudo enim impedit acquisitionem possessionis. & per cõsequẽs vsucapionis: vt l. iij. §. incertam. & l. locus. & l. si quis fundum. de acqui. pos. & de vsuca. l. si fur. §. incertam. secundùm Dyn. facit quod no. in Spe. de instru. edi. §. nunc autem. ver. ij.

1 ☞*Potestas eligendi mortuo creditore transit in hæredem. & sic in cessionarium.*

2 *Habens ius in re, putans habere actionem personalem pro re, uidetur legare respectiuè ius iuris.*

3 *Actio ex testamento concurrit cum conditione incerti.*

4 *Hæres conuentus à legatario ut agat, quod liberetur cedendo actionem: non ißi magna expensa requiratur.*

5 *Actio iudicatur mobilis, uel immobilis secundùm naturam rei, quæ in ea continetur.*

6 *Ceßio facta à minore qui habebat actionem, uel ad fundum uel ad cẽtum, quãdo ualeat.*

Si quis ita. In alternatiua obligat ipse si legatur quod debetur cogitur hæres ad cedendum: si legatur vna de rebus, cogitur ad agendum: si legatur vtraque res diuersis, cogitur hæres vtrisq; satisfacere in solidum. hoc dicit. Primò erat electio creditoris, & legauit quod debetur. In secundo erat electio debitoris, & legauit vnam tantum ex rebus. In tertio erat electio creditoris, & legauit vtranque rem diuersis. secunda ibi: proinde. Tertia ibi: quòd si quis. Not. † ex principio ꝙ potestas eligendi transit in cessionarium. Contra de l. si stipulatus. in principio. & l. finali. in principio, de verborum obligationibus. glos. nec hic, nec ibi bene sol. Dic, potestas eligendi non transit in cessionarium[i] vsuo creditore; sed eo mortuo transit ad hæredem, qui præsumitur voluntatem defuncti scire: vt l. si quis à filio. §. si quis plures. supra eodem. & sic postquam transiuit ad hęredem, cœpit illa potestas esse cessibilis: ideo transit in cessionarium, vt hic: argu. l. pater. §. quindecim. j. titulo ij. Pro qua sol. facit quod not. in l. j. C. qui pro sua iurisd. & per Gul. in l. j. ş. de offi. eius cui.

eius cui mã. est iurisd. videlicet merũ imperiũ postq̃ semel est delegatum, potest subdelegari. Præterea, legatarius in re legata dicitur hæres: vt l. id tempus. §. fi. de vsufca. ideo sicut in hæredem transit: ita in legatarium. Opp. ad secundam partem de l. cũ rem alienam. C. eo. & l. apud Iul. ş. fi. ş. eo. Sol. hic legauit respectu iuris ꝙ habebat prope rem, vel in re. Facit l. seruum filij. in prin. ş. e. Et no. ibi † ꝙ licet non haberẽ ius in re: si tñ putabã me habere actionem psonalem pro re, videor legare respectu illius iuris. Oppon. ꝙ † agatur ex actione ex testõ, vt l. j. C. cõia de leg. Sol. fateor ꝙ concurrit cum conditione incerti. Oppo. ad tertiam partem de p̃cedenti rñso. Sol. hic habebat electionem hęres: in præcedenti debitor. Opp. vt l. si Titius. j. titu. j. fol. ista intelligitur secũdũ illã. Quæro, vides ꝙ hæres cogitur agere. quod est notũ dicere: ago enim vt agas. Simile in l. cũ in plures. §. messem. ş. loc. & ş. ad l. Rho. de iac. l. ij. §. pe. & de acti. emp. l. Iul. §. pe. & ne qd in lo. pu. l. ij. §. idẽ Labeo. el. j. † Quæro ergo a vtrum in istis casibus ille qui conuenitur liberetur cedendo actionem. Glo. quod sic in d. §. idẽ Labeo. Sed fortè in casu huius §. si exigendo requireretur in magna expensa ad hęredem spectat labor, & sumptus secundùm distinctionem, quam habuisti is l. cum seruus. ş. eod. Vltimò per legem istam consului in q. vos scitis secundùm cõmunem opi. † ꝙ actio iudicatur mobilis vel immobilis secũdũ naturam rei, quæ in ea continetur: vt no. per Dyn. ş. de aut. tuto. l. potest. & per gloss. C. si aduer. transa. l. j. & in auc. de non alie. §. j. probatur C. de præd. mi. l. si ad resoluendã. Item scitis ꝙ minor non potest alienare immobilia sine decreto. Modo † quidã minor habeat actionem ad fundum, vel ad cẽtum alternatiuè: ecce sit actionẽ suã. Dixi ꝙ erat in potestate debitoris. Si em̃ soluet fũ dũ, nõ valet cessio, sed si soluet centũ cessio valet. Casus est hic.

a ↦POMATES. ¶Quęro ergo vtrũ de istis casib⁹ vide Mod. in l. apud Iulianũ. §. si Titi⁹. ş. e. & Ro. cõsi. ccxxix. in ij. col.

b ¶Si pater. Adde vt per Bal. consi. lxj. libro tertio.

Si pecunia. Debitor potest grauari onere fideicõmissi. hoc dicit.

Fideicõmissum. Circa istam l. distinguit Iaſ. de are. sic. Aut legatarius percepit, & agnouit legatum, & tenetur præstare, vt hic, & l. Imperator. j. titu. j. Aut agnouit, & nõ percepit. & tenetur cedere actiones. d. l. Imperator. j. tit. j. & lege si legatarius. j. tit. ij. Aut non agnouit nec percepit & non tenetur, sed remanet apud hæredem cum onore suo, vt l. si ab eo. j. de vsufru. le. Ita dicit ipse. Adde si hęres habet rẽ, tenetur eam dare: si esset apud legatarium, debet hæres cedere actionem, vt l. si seruus. §. qui margaritam. j. eo. tit.

Si quis testamento. Qui reliquit decẽ nõ videtur relinquere viginti. h. d. No. istam legẽ. Quæro: quid si bis noiauit decẽ an intelligantur eadẽ, decẽ an diuersa. Dic aut fuit vna oratio, vt Titio decem. Seio decem lego: & tunc intelliguntur eadem decem, vt lege eum qui. in princ. & lege stipulatio ista. §. eum qui. de ver. obl. Si verò fuerunt diuersæ orationes, vt Titio lego decem, Seio decem: tunc intellige de diuersis decem propter diuersitatem orationum & personarum, vt l. planè. §. sed si nõ corpus. ş. e. dixi in l. re coniuncti. j. de le. iij. Quæro vtrũ inter viginti & dena, sit differentia. Dic vt lege vbi fideiussor. de solu.

Apud Iulianum. Propter defectum facultatum, & propter Falcidiam fit legatorum diminutio pro rata. h. d.

Si fundum. Per legatum hæredis nõ aufertur dominium legatario defuncti. doc dicit.

Si seruo cõmuni. Vnus ex dominis põt legatũ factũ seruo cõmuni repudiare. h. d. An inter istos duos sit locus iuri accrescẽdi. dic vt l. Proculo. j. ti. j.

Stichum. Existẽte cõditiõe substitutiõis factæ legatario, legatũ trãsit in substitutũ. h. d. Opp. & videtur ꝙ succedat cõstitutio, & faciat eũ liberum, vt l. ij. C. si mã. ita fuerit. Glo. ponit plures so. Dic scdm Pe. c̃ptũ ad propositum ꝙ hic nõ succedit cõstitutio: ideo qa testõr disposuit qd futurũ esset de seruo post tẽpus. Sed cõtra hoc op. qa testator nõ põt facere qđ cõstitutio nõ habeat locum, vt l. nemo põt. ş. eo. Rñ vt ibi no.

1 ☞*An legata arbore, cedat solum ubi est arbor.*

Qui fundũ. Qui excipit ædificiũ videtur excipere solum in quo consistit in dubio: & per rem legatã debet hæredi cõstitui ius eundi, sicut si ibat testator. h. d. Op. quando testator sensit de superficie, nõ potest deberi iter & actus: cũ res sua nemini seruiat, vt l. j. ş. cõia præd. Sol. dicit gl. tunc nõ esset propriè seruitus, vt l. Olympico. de ser. vr. præ. Oppo. prout testator sensit de solo. Nam seruitus ipso iure, nõ est cõstituta, vt l. seruũ filij. in fi. ş. eo. Glo. fatetur cõtrarium, & tex. ex po[b] ne vt in gl. Materiam huius §. dixi plenè in l. j. j. de ser. leg. Glo. inducit in arg. † pro eo qui legauit arborem, ꝙ videatur solũ legare cui cohæret: & viam. Hoc est verũ quando legauit nucẽ, hoc est arborem ratione fructuum. secus si legauit ratione materiæ qua volũtas testatoris nõ porrigitur ad fundum, vt l. ligni j. ti. ij. Idem inducitur ad quæstionem de eo qui excepit arborem, & fuit incisa, & postea pullulauit. De qua in l. obligationum ferè. §. placet. j. de act. & ob. & ibi glo. de dã. infec. l. damni. ş. si is q vicinas. & ibi dixi plenius.

1 ☞*Si testator legando uxori dixit, lego tales res quæ ualent ducenta, siue plus, siue minus ualeant, non potest nec ipsa petere suplementum, nec hæres detrahere.*

Si libertus. Vnus ex hęredibus in specie hæreditaria grauatus: pro portione sua tantum grauatus videtur & in re æstimatio testatoris nihil operatur. h. d. Opp. de l. ab omnibus. in prin. eo. so. Ibi fuit grauatus in specie nõ hereditaria: quo casu videtur grauatus in solidum: hic in specie hereditaria: quo tenetur pro portione sua tantum, vt hic, nisi esset aliquid indiuiduum legatum. vt libertas, vt l. cùm quasi. ş. si plures. j. fideicom. li. sed si grauatur in specie non hæreditaria, sed ipsius hæredis vel alterius, & tunc similiter tenetur in solidum, vt j. e. l. si tibi. hõ. ş. j. secundum quòd ibi Dy. intelligit. licet quidam cõtra, vt ibi dicam. Et hoc ponit Gul. in lege auus. suprà, de pac.

1 Dy. † inducit finem huius §. ad quæstionem. testator veniẽs ad mortem reliquit vxori certas res quas æstimauit ducentis ꝙ si valent plus, hæres non potest detrahere, si valent minus, nõ potest vxor petere quòd sibi suppleatur, per istam l. et l. cùm pater. §. pater qui filio. infrà, titu. j. quia ista æstimatio nil operatur, secundùm Dy.

Titio fundũ. Liberatio habetur pro solutiõe etiã quo ad cõditionẽ implendã. h. d. Circa hoc vide l. Iulianus ait. de condi. & demon. & quod ibi dixi.

Si Titius. Dominiũ quod erat apud defunctũ transit in legatarium, etiã si defunctus ignorabat & possessio apud eum non erat. h. d. Not. bonum casum & bene. Hic dicitur si hæres nõ repudiauit. innuit ergo ꝙ possit hæres repudiare. contra de l. si partem. §. si per fundũ. quẽad. ser. amit. fol. gl. [illegible] Quæro. not. ꝙ in ea dist. primò & non bene: quia ante aditã hæreditatẽ nullum ius habet repudiãdi. Dicit ergo gl. ꝙ hic non dicit ꝙ repudiatio teneat: & ꝙ ita est verum ꝙ repudiare nõ potest. Casus est in l. liberto ocluagin[illegible] ta. j. de bo. li. dixi in l. si mihi & tibi in prin. ş. cod.

b Si paterfa. [b]Repetitio facta à substituto impuberis habet locum si legata non cœperunt deberi ab instituto. h. d. Primò legauit hic alicui fundum: postea à substituto pupilli reliquit eidẽ fundũ ꝙ nihil operatur, vt in primo casu. Opp. j. ad l. fal. l. j. §. interdũ. vbi etiam relicta sub conditionẽ [illegible] pupillo debentur à substituto ex persona pupilli: non ex persona substituti. Respõ. ibi non fuit facta repetitio per testatorẽ expressa. Vnde non intelligitur tacitè, licet secus sit in substituto vulgari: vt dixi in l. licet ş. e. Hic verò fuit facta repetitio expressè: & hoc quod dicitur hic in gl. super verb. legata. de tacita repetitione intelligamus. hoc est vt substitutus teneatur tanquã hæres pupilli: non quod videatur repetitum ab eo. Vnde exponesic. Dicit glo. expressa id est, ex secundis tabulis, sed ex tacita, id est, vt hæres pupilli. Vel dic quod etiã habet locum tacita repetitio quãdo succeditur ex tacita vulgari, vt l. qui fundum. §. qui filiũ. j. ad fal. Oppo. de l. seruo. §. si ab impubere. j. eo. solue vt in gl. Vel dic ꝙ concordet cum isto §. secũdùm Dy. Oppo. de condi. & de l. non ad ea. sol. vt in glo. vel dic secundùm Dy. ꝙ l. cõtraria loquitur quando ab eadẽ persona & eodem gradu relinquitur: hic à diuersis, & diuerso gradu.

1 ☞*Qualiter intelligatur cũ Papa scribit, quel omnes, uel alter ex his debeat exequi.*

His verbis. Hæc verba vobis vel alteri vestrum: intelliguntur si omnes non supersunt. hoc dicit. Effectus est quod si vnus superuiuit habebit totũ ex dispositiõe defuncti, non ex iure accrescendi: & sic nõ sustineret onera, col-

legatarij.& vide glo.quæ dicit ex ordine literæ hoc colligitur.fa
cit ꝙad q.Papa cõmittit quæstionem pluribus ꝙ vel omnes vel
alter ex his debeat expedire vel per formationẽ cõceditur priori
bus vel vni ex his:quod intelligitur si omnes haberi non pote-
rant:& sic debeat præcedere discussio.Facit l.Pedius.in fi. ś. de
arbi.& l.non distinguemus.§.cùm in plures.ś.eo.tit. Sed hoc est
contra casum extra,de offi.dele.c.cum in plures.li.vj.Dic vt di-
cam in l.hæredes mei.§.j.j.ad Trebel.

Cùm statuliber. Defectus conditionis libertatis va
lidat legatum seruí.h.d.cum §.seq.

☞An pro re legata sub conditione incontinenti posita egi.

NOn quocunque. Si res ex causa lucrati-
ua nobis debita ad nos
peruenerit sub spe recedendi alia actio ex causa lucra
tiua cõpetẽs non perimitur.h.d.Op.de l. cũ rem alie-
nam.C.de leg.Sol.vt in gl.†Quæro vtrum possim agere pro re
legata incõtinenti:an habeam expectare conditionis euentum?
Glo.ponit hic duas opi.vnã ꝙ agã statim : aliã ꝙ agã re mihi ob
lata.Dy.tenet vltimã per tex.huius l.ibi,existente cõditione age
re potero &c.Nõ obst.l.cũ quis.§.q hoiem.de sol.quia ibi ille q
soluit erat debitor in genere.Ita dicit Dy.Idẽ tenet Pe.per l.Ne
ratius.ś.de condi.inde.sed gl.in l.inter stipulantem.§.si rem.j.de
verb.obli.determinat ꝙ statim possit agi.lac.de Are. distinguit,
aut volo statim agere ad estimationẽ illius dubij euentus,& pos
sum:ar.j.fa.erci.l.itẽ Labeo.in fi.& l.se.& l.j.§.si hæres.j.ad Tre.
Aut volo agere ad totale interesse,& nõ possum nisi existẽte cõ
ditiõe,vt hic.qd placet. & ita loquit̃ iste text. vbi in primo casu
innuit ꝙ statim possum agere.in secũdo dicit existẽte cõditiõe.

Si ex bonis. Regula Catoniana cessat quando impedi
mentũ subest verè:nõ tñ iuris fictione.h.d.
Quæro:vsucepi rẽ minoris quã postea restituí : aliqs legat mihi
illã rẽ quã vsucepit:vtrũ valeat legatũ.Rñ.ꝙ sic.Op.de l.mea res
j.de cõd.& de.& j.de reg.Cato.l.j.& l.cętera.§.j.ś.e.Sol.licet ecẗ
verè mea,tñ tũc fingebaẗ nõ mea : nõ emẽ vsucepisse vł is à quo
auferrí põt,vt l.nemo.ś.de rest.ĩ inte.facit l.seruũ filij.in prin.ś.e.

☞Vsusfructus quãdo reuertitur ad proprietatẽ dominus acquirit ex causa lucrativa.

Fundus. Quatenus ex re ad me ex causa lucratiua perue-
nit:eatenus actio ex alia lucratiua permittitur.h.
d.†No.ꝙ quando vsusfructus reuertitur ad proprietatem.dicit
dominus proprietatis acquirere ex causa lucratiua. Materiã istã
de duabus causis lucratiuis videbitis ĩ l.Męuius.§:duobus.j.ti.j.

Iulianus. Quo titulo peruenit ad me ancilla,eodem titulo
dicitur partus peruenire.h.d.

☞Cessio facta uni quando possit fieri alteri.

QUi Caium. Si duobus separatim cõtra singulos ex
duobus reis actio legeẽ : hæres cuilibet
insolidum satisfacere cõpelletur:licet ex actione vnius facta per
testatorem vtriusꝗ legatum perimatur.h. d. Rationem huius §.
habuistis per gl.in l.si sic.§.fi.ś.eo.Op.j.ti.j.l.si Titius. Sol. ꝙ hic
hæres habebat electionẽ conueniendi quẽ volebat : ibi erat ele-
ctio debitoris,vt no.ś.eo.in l.ꝙ si quis.secundũ Dy.& hoc pro
ut contrarium vadit ad primam partem.§.sed prout opp.ad fin.
Dic ꝙ ibi in solutione debitoris,hic in liberatiõe facta per testa
torem per quã præsumit̃ mutatio volũtatis.Ia.de Are. † inducit
hunc §.ad q.ꝙ si cessio facta est vni,nõ põt fieri alteri,vt hic, &
j.ti.j.l.qui duos.Dic quandoꝙ super actione sit talis cõtractus,
ex quo conferẽ vtilis.vt in casibus no.in l.j.C.de act.& oblig.C.
eo.l.ex legato nominis.& tunc non põt fieri cessio alteri vt vti
le trãsferatur. Ita loquit̃ hic,& d.l.qui duos. Sed in directa quæ
remanet apud cedentẽ quæ nõ põt trãsferrí ꝑ cessionẽ,posset a-
liquis constituí ꝓcurator in rem suam,& haberet effectũ:ga põt
ei solui præterꝗ in casibus nota.in l.iij.C.de noua.Vtilis autem
semel translata in vnum,in aliũ amplius trãsferrí nõ põt, vt no.
cōfirmatio pendet ex futuro euentu. Non enim ipſa conditio confirmaꝫ,ſed in ipſius exiſtētia alia diſpoſitio ſuſpenditur. Vnde tu dicas q̄ cōditio eſt quidam futurus euētus in quem diſpoſitio ſuſpenditur. Euentus dico generalis ſiue conſiſtet in facto,ſiue in iure,vt.j.eo.l.multum. Item ſiue affirmatiuè,ſiue negatiuè vt. j. e.l.in facto. Futurus dico ad differentiam conditionū de præterito,vel preſenti quæ non ſunt ꝓpriè cōditiones vt.l.inſtituto talis.in fi.de cond. inſti.&.j.e.l.eas.in prin.&.l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.de ver.obl.&.ē.ſi cer. pet.l.itaq̄.& ibi not. Vbicunq̄ enm lex reperitur cōditionem appellare quę eſt de p̄terito,impropriè loquitur lex,vt no.ē.de le ga.j.l.ſi ſic.ſ.j.in gl.ſuper ver. demōſtratio. & no.j.eo.l.in conditionibus.ſ.j.ē.de hære. inſti.l.ij.in gl.ſuper verbo, ineſſe. In quem diſpoſitio ſuſpenditur.Hoc dico ad differē tiam diei certæ, quæ diſpoſitionem nō ſuſpendit,vt hic,&.j.de ver.obli.l. cedere diē quod dic vt dicam in.l. hæres meus. Itē ad differētiam conditionis neceſſariæ quę nō eſt cōditio,vt.l.in illa.ſ.fi.j.de ver. oblig.& de noua.l.ſi pupillus.ſ.qui ſub conditione. Item ad differentiam conditionis impoſsibilis quæ non ſuſpendit: ideo non eſt cōditio,vt.j.eo.l.iij.Dicam plenè in.d.l.j. de cōdi,inſti.Videndū eſt⁹ ergo per quę verba introducatur conditio:&ſic videamus tā de coniunctionibus q̄ de præpoſitionibus,aduerbijs, & cæteris partibus orationis. Primò ergo quæro de natura huius dictionis ſi,vtrum inducat ſemper conditionē.Gl.vi detur dicere q̄ ſic. Fallit q̄ñq̄ in.l.muto.ſ. j.ē.de tu.et q̄ ibi no.Tu dic latius†q̄ñq̄ hęc dictio ſi,reſpicit verbum præſentis vel pręteriti temporis:& tunc non faciat conditionem,vt.d.l.ſi ita ſtipulatus fuero hāc ſumma.j.de ver.obl.&.ē. dixi.& dicā.j.eo.l.demonſtratio.ſ.j.& omnia iura quę conditiones, in præteritum appellant conditiones, loquunt impropiè. Aliquando † reſpicit verbum futuri tēporis:& hic aduerte: q̄ñq̄ ille futurus euentus omni certitudine:q̄ñq̄ eſt certus an ſit incertus quando vt mors. aliquando eſt omnino incertus, vt ſunt cōiter omnes conditiones.Primo caſu non facit conditionē,vt.ē.dixi. Secūdo caſu ſunt gl.contrariæ.Nam quædam dicunt q̄ hæc adiectio ſi moriar,non facit conditionem, vt no.in.d.l.ſi pupillus.ſ.qui ſub conditione.de noua.in pri.gl.& Cy.tenet ibi, &.C. de hære.inſti.l.extraneū.Cōtrariū tenet gl. in.l.omnibus oblig.j. de reg.iur.& Dy.in.d.ſ.q ſub cōditione. & iſta eſt ÿitas. Caſus eſt.j.e.l.quibus diebus.ſ.quidā Titio.& de ver.obl.l. quodcūq̄ ſ.pe.Titio caſu regula eſt q̄ dictio ſi,facit conditionē,vt hic,& no,C.de his q̄ ſub mō.l.j.& qñ di.leg.ce.&.l. ſi Titio. & quaſi in oībus legibus quæ tractāt de conditionibus.Hoc autem fallit in caſibus q patebūt ex reſpōſionibus ad inferiora contraria. Inſtatur ergo cōtra prædicta de.l.mutuo.ſ.j.de tute.Fallit q̄ñq̄, niſi p dictionē ſi apponaꝫ cōditio q̄ tacitè ĩerat:qa tunc non facit cōditio.Hoc eſt falſum.qa in tacita conditione eſt conditio,& ſuſpendit,vt hic,& no.de pact.l.itē qa.Dic ergo q̄ ibi non facit cōditionē q̄ tutoris dationē ſuſpendat, ſed bñ facit cōditionē q̄ ſuſpendit adminiſtrationem:& talis expreſsio facta à iudice,intelligitur ſecundū q̄ tacitè ĩerat:aliās tutoris datio vitiareꝰ, vt ibi patet.Facit ad prædicta q̄ no.Ino.extra de præſum.c.ſi.in prin. magnæ gl.& per Io.Andr.de offic.deleg.c.j.in cle.Item inſtatur contra†prædicta:quia dictio ſi.interdū ponitur p q̄uis,vt.l.fin. C.de li.& eorum li.de aqua plu.arcen.l.j.ſ.ſed & apud ſeruum. & ibi no.& de ver.obl.l.inter ſtipulantem.ſ.ſacrā. Reſpond.ibi aſſumitur impropriè ne reſultet prauus intellectus.Nam natura conditionis eſt,vt ex ea reſultet validū:ar.à contrario ſenſu,vt.l. j.ſ. huius rei.ē.de of.eius cui mā.eſt iuriſ.& no.p doc.C.de epiſ. & cle.l.conuenticulā.ſed in caſibus.ᶠ dictarum legum.cōtrarius ſenſus eſt prauus:ideo ponit ſi pro quāuis:& ſic ponit implicatiuè ſicut etiam: vel aduerſatiuè ad id q̄ prima facie videbaꝫ fortè eſſe.Hoc expreſsè probatur.C.eo.l.ij.& ibi tex. & gl.Item inſtatur † quia reperitur interdum ſi, pro quia, vt.l.videamus.in princ.de in litē iur.& de admi.tu.l.Titium & Mæuium.ſ.à matre.de dam.infect.ſ.his qui.&.l.à quo fundus.eo. tit.Sol. natura conditionis eſt vt ſignificet rē dubiam:quę habebat ſe ad eſſe:& non eſſe,vt dictum eſt:ideo quando adiicit dictio ſi, alicui orationi,quæ eſt certa,vel pro certa debet poni:tunc accipit ſi,p qa vt ſit ratio potius quam condītio,vt dictis legibus.& no.ē.de le. j.l.iij.& hoc etiam tangeᵗ in.l.demonſtratio.ſ.j.j. eo. Itē inſtatᵉ: quia dictio†ſi,vnita cū copula &, accipitur pro quāuis vnde.in pluribus partibus iuris inueniᵗ & ſi, pro quamuis, vt.l.j.ſ.nūcia tio.de ope.no.nun.de aqua plu.arcen.l.in diem,cū infinitis ſimi. Rñ.ſcire debes:q̄ iſtæ coniunctiones requirunt duas orationes cathegoricas,ſiue vnam hypotheticā.q̄ eſt idem dicere, vt not. in.l.quæſitum.de acquir.rer. do.Hoc præmiſſo ſcias q̄ quādoq̄ hæc dictio &, & dictio ſi,ponunt reſpectu earūdē diſpoſitionū & tūc cōiunctiua etſi,eſt vna pars.& ponit etſi,id q̄uis,vtin cōtrariis. Qñq̄ ponunt reſpectu diuerſarū orationū:& tunc dictio ſi,ſtat propriè,& facit conditionē:& dictio &,copulat, & ēt ſtat propriè,vt.l.j.ē.de vulg.& pupil.& inſti.de vulg.ſubſt.in princ. Iſtæ leges tibi declarant hoc ſi diligenter inſpexeris. Item circa †prædicta dubitaꝫ quando dictio ſi,facit cōditionē,an faciat cōditionem,expreſſam.Certe ſic, vt.d.l.ſi Titio.qñ di.leg.ce.Secūdò quæro de dictione cū,ʰan faciat cōditionē.Circa†quod ſciē dū eſt q̄ hæc dictio cū,quandoq̄ eſt propoſito:& tūc habet vim copulæ,vt.l.illi cū illo.de vſuſru.leg.&.ē.de leg.j.l.Titiæ.ſ.nihil. & tunc conditionem nō facit,niſi ante appareat voluntas diſponentis.vt.l.ſi ita fuerit.ſ.fi.de ma.teſt.& ibi bonus tex.&.ē.de lega.j.l.ſi ancillas.& iſti.de lex.ę.ſi quis ancillas.Qñq̄ dictio cum eſt coniunctio:q̄ eſt ſemper,cū apponitur verbo præteriti tēporis vel præſentis:& tunc non facit cōditionē:qa cōditio non eſt de præterito,ſed ponit cauſatiuè cùm,pro quia: vł diuerſatiuè ꝓ quanuis,vt dicemus.j.eodem.l.demonſtratio.ſ.j.Quandoq̄ dictio cū,reperitur aduerbium.ſcilicet cum,pro quando.quod eſt quando apponitur verbo futuri temporis: tunc lex videtur ponere regulam q̄ inter ſi,& cum,non ſit differentia,ⁱ& vtrunque conditionem inducat,vt.l.qui ꝓmiſit.de condi.inde.&.j.de ver. obl.l.quocūq̄.ſ.pe.& hoc not.in gl.tamen quia multæ leges videntur contradicere:ideo circa hoc poſuerunt diſtrinctiones.& no.Gul.in.d.l.qui promiſit.Petr.in.d.l.quodcūq̄.Tu tamen †vt apertius intelligas,ſcias q̄ propria & principalis differentia inter ſi,& cū,eſt:quia ſi denotat principaliter conditionē:ſecundariò tempus:quia nulla conditio eſt quę in ſe nō habeat tēpus futurū vt iam dixi.dictio cū,denotat principaliter tēpus: eſt eīm aduerbiū tēporis.ſecūdariò cōditionē.Probaᵗ.j.qñ di.le.ce.l.ſi Titio.et j.e.l.ſi quis legata.in princ.Ex hoc inſurgūt plures aliæ differentiæ.Prima eſt qñ iſta ÿba apponūtur cirba ſubſtātiā obligatiōis vel circa voluntatē quæ exprimiᵗ per verbū futuri ſubiunctiui. Nā illa ſtipulatio ꝓmittis ſi voluero,nō valet.ſecus ſi cū voluero,vt.l.cēteſimis.ſ.fi.j.de ver.obl.Rō ſecundū Pet.quia in primo eſt cōditio expreſſa p ſi, in ſecundo eſt cōditio tacita per cū: & expreſſa nocent &c.vt.j.e.l.nunq̄.licet gl.in.d.l.cenſimis.multum laboret. Secunda differentia eſt: quia ſi promittis mihi vel legas decem cū petiero:non facit conditionem.vt.l. ſi decem cū petiero.j.de verbo.oblī.&.j.eod.l.Titia.ſecus ſi promittis vel legas decem ſi petiero,vt no.in.d.l.ſi decem cum petiero.Ratio ſi militer eſt:quia per ſi,eſt conditio expreſſa per cū,tempus principaliter:& ideo cum talis temporis expreſsio ſapiat exactionē, ſiue executionem de præſenti nullam ſuſpenſionem inducit,vt leg.liber homo.ſ.decem.de verb.oblī.Tertia differentia eſt:ᵏ qa dictio ſi,ſiue apponitur ˡcirca diſpoſitionem,ſiue circa executionem, facit diſpoſitionem conditionalem, vt infra eodem lege. quibus diebus.ſ.quidam Titio.ſed dictio cum, facit diſpoſitionem conditionalem,ſi apponitur circa diſpoſitiōem.ſecus ſi circa executionem,vt ſupra de legatis.primo.l.ſi cui &.C. quando di.le.

a dicslegati cedit.l.ex his.* Ita dicunt docto.ſed certè quòd dicitur de dictione ſi, eſt verum in vltimis voluntatibus, vt dicto §.quidam Titio.& ibi nota. Secus in contractibus: quia tunc non facit diſpoſitionem conditionalem, ſed reſoluendam ſub conditione,vt.ē.de in diem addic.l.ij.& ibi bona gloſſ. Item qđ dicitur de dictione cū,eſt verum, ſi per cū adiiciat circa executionē tempus certum,vt euentus certæ ætatis. ſi incertū,vt no.j. ad Treb.Seius Saturninus.dixi in.d.l.ſi cui. Remanet ergo differentia inter ſi,& cum:tunc cū in vltimis voluntatibus circa executionē adiicit quidam futurus euētus eſt collatus in tēpus certum:puta certæ ætatis vel ſimile.Ratio tunc eſt:q ex eo q̄ diſpoſitio præceſsit puta:& poſtea adiecit per dictionē cū, æque principaliter ſignificat tēpus:præſumitur teſtatorē voluiſſe adiicere conditionem.Ex prædictis colligit q̄ per dictionē cū,inducitur conditio tacita,non expreſſa.Hoc tangitur.j.eo.l.conditiones ex b trinſecus.Tertiò quæro ᵇ de hac dictione niſi. ᶜan faciat condic tionem.Dic †q̄ quādoq̄ dictio niſi,apponit verbo pręteriti,vel præſentis tēporis:& tunc eſt dictio merè exceptiua:de cuius natura ſolet dici in.l.actione.C.de tranſac.pleniſsimè in.l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ē.ſi quis cau. Aliq̄n adiicitur verbo futuri tpis: & tunc eſt quędam gl.quæ videt dicere,aut dictio niſi,precedit diſpoſitionē,aut ſequit,vt no.de act.& ob.l. obligationū ferè .§. cōditio.ſed illud eſt falſum.quia quicquid præcedit in ordine locutionis:tamen in ordine intellectus ſemper præcedit diſpoſitio & ſegt illa exceptio per niſi.Dic ergo : aut loquimur in vltimis voluntatibus:& totam diſpoſitionem facit cōditionalē:vt.j.eo.l. quibus diebus.§.quidam Titio.&.l.fideicommiſſa.§.quāq̄.ē.de le.iij.Aut loquimur in contractibus:& tūc aut diſpoſitio fuit cō tracta per verba futuri tēporis:& tunc idem.Aut per verba præſentis vel præteriti tēporis:& tunc dictio niſi,facit reſolutionem conditionalē,licet diſpoſitio ſit pura,vt no.de in diem addic.l.ij. n licet gl.de contrahen.emp.l.iij.aliter ſonet:& non bene.† Quæ d tò quæro de dictione alioquinᵈ Iſta dictio mirabilis eſt: & non ſolū facit orationē conditionalem.ſed in ſeipſa orationē continet, inducit conditionē contrariā præcedenti diſpoſitioni. Exponit enim alioquin.i.ſi nō fuerint prædicta,vt.l.ſi finita.§. ex hoc edicto.j.de dam.infect. & ibi not.&.ē.de dolo.l. & eleganter.§. pe. &.j.de fideicō.li.l.ſi cui legata.&.ē.de leg.ij.l.Lucius.§.Lucius. &.ē.de leg.j.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus.&.ē. de impen. in reb. do.fac.l.oīno.Hoc idem pronunciauit papa,vt refert Spe.de citatio.§.j.ver.ſed pone papa.Vnde iuriconſultus qui laborauit in cōceptione pœnalis ſtipulationis.de ver.obli.l.cū qd.&.l. continuus.§.pe.vno ÿbo potuiſſet expedire.ſiue præcedat diſpoſitio affirmatiua,ſiue negatiua p̄ ſubijcere ſtipulationē pœnalē hoc mō:alioqn tantū dabis. Et hoc verū ꝓpriè ſumēdo:licet q̄ñq̄ in alia ſignificatione reperiaᵗ.vt.l.damni.§.de.de dā.infec.&.l. fluminū.§.ſi de Seruius.e.ti.Sed in prima iſta cōiūctio cū alia cōiunctione adiungit:& ſic ſuam naturā imitaᵗ,in ſecūda in vna & ea dē ratione ponit:& ſic nō poteſt inducere cōditionē:cū tūc ſem- 12 per requntur duæ orationes,diſpoſitio & conditio. † Quintò q̄ro de dictione aliās:quæ quandoq̄ facit conditionē,ſicut dictio alioquin,vt.l.diuortio.circa prin.de neg.geſt. & tunc ſoluit in ſi non,vt no.in.d.l.diuortio.de iureiur.l.aliās. Quandoq̄ aľs ſignificatiōes habet.Nam q̄ñq̄ eſt aduerbium loci,et ponit aliās pro loco alio,vt.l.adeo.§.quod ſi toto.j.de acquiren.re.do.Quādoq̄ eſt aduerbiū tpis: & ponit aliās.ī.aliquando.vel alio tpe, vt.d.l. diem proferre.de arb.& de condi.ſine cau.l.iij.Quandoq̄ eſt ad uerbiū qualitatis:& ponit aliās.ī.aliter vel alio modo,vt.ē.de pecu.leg.j.§.l.leg.l.deniq̄.§.vtrum.& de aqua quoti.& ęſti.l.j.§.illud.Quandoq̄ ponitur aliās.ī.alio caſu.vt.l. qui teſtamento.§. mulier.de teſt.Et hoc ex natura orationis in qua hęc dictio poni 13 tur,poſſet quis faciliter comprehēdere.†Sextò quæro de dictioe ne ſiue,ᵉ& dico quòd propria natura huius dictiōis eſt, vt ſit diſiunctiua,quæ verba diſiungit,ſenſum tamen coniungit,vt Alexander ſiue Paris,vt.C.de in litem dā.tut.l.ad protegendam. & ibi nota.tamen quando hæc dictio cadit inter duas orationes futuri temporis, reſpectu vnius diſpoſitionis: tunc conditionē ſeu conditiones inducit diſiunctiuè , vt.j.quando di.leg. ce.l.huius. 14 & de verbo.oblig.l.ſi ita quis ſtipuletur. †Quæro quid de con f iunctione copulatiua.ᶠReſpondeo, quandoq̄ conditionem inducit,ſi denotat ordinationē, vt vnum de neceſsitate præcedat, aliud ſequatur,vt l.mulier.§.penul.de condi.inſti.j.de ſtatulib.l. ſi peculium.in prin.§. is cui. Idem puto de coniunctione alternatiua,quando eſt ſignificatiua ordinis,vt l. cùm pater.§.pen.ē. de leg.ij.Ex quibus concludo q̄ omnis conditio quæ diſpoſitionem ſuſpendit in aliquē futurum euentum inducit conditionē, vt ex prædictis patet.Hoc dico:quia iſtæ coniunctiones ſępe ponunt impropriè,& vna pro alia,vt j.eo.l.eas cauſas.& ibi no.Secū cūdò principaliter quæro de natura aduer c biorū.& primò de aduerbijs tēporis, de illis aduerbijs loquor quæ futurū tēpus reſpiciunt.aliàs nō eſſet cōditio,vt pluries di 15 xi. † Et quæro de dictione quo ad, donec, g q̄diu,quid ſignificāt.ᵍvt ecce,lego vel promitto tibi centum quo ad fueris in ſtudio, vel donec fueris in ſtudio . quod idem eſt. ideo iura promiſcuè allegabo. Et videt q̄ iſta verba faciant cōditionem,vt j.eo.l. pater.§.fi.& ē.de annu.lega.l.legatū. & de ali. leg.l.Caio.§.Imperator.ē.de ſeruitu.l.iiij.in d prin.Ecōtra q̄ non faciant conditionē,ſed modum,no.C.de leg.l.j.& in d.l.iiij. de ſer. per glo. Alibi videtur q̄ iſta aduerbia ſolū tēpus ſeu dilationē quādā inducāt,vt ē. de exc.tu.l.pe.in prin.& multa alia iura diuer ſimodè loquunt in hac materia.Ideo ad omniū declarationē dic . Qñq̄ iſtæ dictiōes apponunt ad inchoationē alicuius beneficij:& tūc faciunt cōditionē vt j.eo.l. pater. e §.fi.de annu.leg.l.legatū.de ali.leg.l. Caio. §.Imperator.& C.de leg.l.j. in omnibus illis legibus inducitur legatum annuū, menſtruum,vel diurnū,vt in alimentis: & ideo ad inchoationem cuiuslibet legati apponi tur.Hoc ſentit Cy.'C. de indi. vidui.l.fina. Aliquando iſtæ dictiones apponuntur ad g ſuſpenſionem alicuius beneficij ſeu diſpoſitionis præambulæ, vt illa talis diſpoſitio differatur in cuentum alicuius caſus:& tūc aut ſuſpenditur in euentum certo tempore limitatum:& facit idem,vt l.ſcimus. §. donec.C.de iu.delibe . Aut ſuſpēdit in aliquē euentum incertum,& facit conditionem,vt ſupra , de condi.indebi.l.ſufficit.quæ lex eſt ſatis nota.ad hoc. Quandoque iſtæ dictiones apponuntur ad limitationem beneficij iam conceſsi,ſeu diſpoſitionis præambulæ,ſcilicet,vt id duret in euentum,ſeu in effectum alicuius caſus:& dico quòd inducitur conditio quædam extinctiua diſpoſitionis præcedentis: niſi in caſu qui infra dicetur⁸, vt l.iij. in principio. ſupra, de ſeruitu. vbi eſt expreſsè 16 tex. †Aduertendum eſt tamen quòd iſtæ conditiones extinctiuæ quæ per has dictiones ſignificantur: quandoq̄ extinguntur ipſo iure:quandoq̄ ope exceptionis.Nam aut apponitur à lege: & tunc eius euentus extinguit ipſo iure, vt ſupra, de condictio. furti.ī.ſiue.§.tandiu.& de noxa.l.in delictis.§.ſi detracta. Ratio: quia lex habet hoc facere.Aut apponitur ab homine: & tūc aut circa obligationes merè perſonales,aut circa realia iura. Primo caſu non extinguit ipſo iure,ſiue in contractibus,ſiue in vltimis voluntatibus,vt infra,de verborum obligatio. l. eum qui. §. qui ita.& ibi expreſsè de euictione donec,& ſupra , de leg.j.l. nemo poteſt.& ibi ratio patet.Aut circa iura realia:& tūc aut circa ius dominij aut circa alias ſeruitutes.Primo caſu puto eſſe differentiā:aut logmur in vltimis volūtatibus:et extinguit ipſo iure,vt C. de le.l.ſi.p̄m j.ſolu.ibi poſitā quæ eſt vera.Ratio: qa teſtator pōt ei transferre dominiū ipſo iure. Aut loquimur in cōtractibus: & tunc non extinguit ipſo iure.Ratio:qa per cōtractū nō pōt hoc regulariter fieri,vt no.de condi.ob cau.l.ea lege.& l.ſi.C. de. realie.nō alie.cū ſimi.Secundo caſu qñ circa alias ſeruitutes: tunc aut circa ſeruitutes perſonales,vt vſusfructus: & extinguit ipſo iure,vt C.de vſufr.l.ambiguitatē.et ibi expreſsè de dictiōe donec. Ratio;quia vſusfructus poteſt finiri tempore,vt l.iiij.C.de vſuf. aut circa alias ſeruitutes reales: & non extinguit ipſo iure , vt

¶Ex his.Et ad limitationem huius vide tex.in l.ſi ita ſcriptū. in fi.j.de manumiſ.teſta.quod no.

b ¶Tertiò quęro.Et de hac dictiōe niſi,vide Bar.et Bal.in l.actione.C.de trāſa.Ange. in l.lucius. ff. de ma. teſt.Bal.in ti. de ſpō. in ad. Spe.And.Bar.

c ¶Dictione niſi. No. de hac dictiōe niſi,et qđ ſententijs eſt tex. gl.& Inn.in c. reqſiſti.de ap.& Bal.in l. qbus.§.quidā Titio. j. eo. & vide aliqđ p Imol.in l. quodcūq. §. nō ſolū. de verbo. obli. & quod ibiſcri pſi poſt eū per Sal.in l.actiōe.C.de tranſa. & Dy.in regula pec catū.de reg.iur.in vj.

d ¶Dictiōe alioquin. Iſta dictio alioquin, eſt ſeparatiua,vt l.ij. & ibi Ric. & Bar.& Sal.ē.ſi cer.pe.Aliqñ p aliter poſit,vt no. in l.alioquin.de contrahē.emp.& inſt.de iuſti.& iu.ſ.ij. de dictione alioquin.vide text. in l. ex diuerſo. in prin.ſo. ma.

e ¶Dictione ſiue. De cōiunctiōe ſiue,dixi in d.l.ſi ita qs, & vide bar.in l.demōſtratio falſa.§. quod aūt. in fi.in ij.col.j.eod.

f ¶Coniunctione copulatiua. Vide Imo. j. eo.l. qui duobus.

g ¶Quid ſignificāt.Vi de Bart. in l. q ita.de ver.obli.& in d.l.legatū. Et de dictione donec, vide Bar.in l. ambiguitatem.C.de vſufru. vbi etiam de dictione quouſq.

a ¶Dictiõe dũ. Et vid. not. per gl. Bartol. & puto in l.j. C. de le.

b ¶Dictione quouſcq; vide gl. & do. i. l. j. C. de le. & Bart. in l. fi. j. ad Tertul.

c ¶Vt de dictionibus. Ponit Io. an. in regula null⁹ ex conſilio. in mer curialibus.

d ¶Vtrique caſui. Per Bar. i. l. ex arrali. C. d ac. empt. & quod faciat cõdõnẽ ex tex. i l. poſt dotẽ. i ỹ. lec. ſo. mat. & de dictione ſ, adde tex. et q ibi no. voluit Imo. i. l. publi⁹ i prin. j. e. & Bar. i. l. q bus. §. fi. j. e. vide not. i. l. Gall⁹. §. ille caſus. de libe. & poſthu.

e ¶Quartò principaℓr gro. Et de plurib⁹ aliꝭ dictiõib⁹, vide q ſcriptũ eſt i. l. ſi qs ita de au. & arg. le. & de iſtis hic et de qbuſdã aliꝭ, & vide ẽt p bar. j. e. l. demõſt. p totã l.

f ¶Cõditionẽ. Quid ſi teſtõr dicat relinquo tibi ſub tali pacto. dic qꝫ itelligit relictũ ſub cõdõne vl mõ. l. filiꝭ mrem, & ibi Bal. C. de ſoff. teſ. Quid ſi dixit, ſaluo & reſeruato. vide Bal. i. l. iij. i. j, co. C. de fru. & li. expẽ. & ibi dixi de dictiõe ſcdm. Quid de iſtis ỹbis, do ſtibi ſub hac cõdõne vt facias die q ſignificãt modũ. l. cũ res. et ibi bal. C. de dona. Quid de his ỹbis q poſsis pe tere ex voluntate mea dicit Bart. i effectu q ſducũt cõditionẽ. Ita a dicit i. l. poſt mortẽ. i v. lectur. ſolu. matri.

g ¶Ad hoc rñdeo. Et vide Bal. i. l. ſi qs. C de inſti. & ſubſt. doc b in. l. ij. ff. de hęre. iſtit.

l. iiij. §. de ſeru. vbi expreſsè ponit de dictione quãdiu. Ratio: quia ſeruitutes reales nõ poſſunt conſtitui ad tempus, vt ibi. Hæc licet ſint de materia. d. l. iiij. & l. nemo poteſt §. de leg. j. tamen hic voluit dicere quantũ pertinet ad intellectum harũ dictionũ. Sed contra prædicta inſtaẽ de l. pe. de excu. tut. de ſuſpe. tuto. l. iij. §. q ſi quis. vbi iſtę dictiones non inducunt cõditionẽ extinctiuam, nec extingũt ipſo iure, licet hoc poſsit fieri: quia tutor poteſt dari ad tps. vt. d. l. pen. ſed magis inducunt diẽ. Sol. domini iſtæ leges in hac materia turbauerunt animũ meum. finaliter dico quòd quando per has dictiones temporales diſpoſitio confertur in alíquem euentum limitatũ certo tempore: tũc faciunt diem, ſed qñ tempore incerto: tunc faciunt cõditionem, vt. §. proxi. dixi etiã. §. cum tractaui de dictione cũ. Modò ad propoſitum in illis legis diſpoſitio eſt circa tutelam, quę eſt limitata certo tẽpore, quoniã finitur pubertate. Illud ergo qđ adiſcitur p dictionem quoad, eſt limitatũ certo tempore. ſ. quoad reipublicæ cauſa non aberit: Illud tẽpus quo non aberit Reipubli. cauſa, adiſcitur circa tutelam quæ finitur per tps certum. ſ. pubertatis: meritò facit diem, ſeu dilationem, non conditionem extinctiuã. Et ſic apparet q gl. quæ dicunt q dicta ad uerbia faciunt modum, non bene dicunt. Vnum etiã eſt no. de natura iſtarum dictionum: qa licet qñq; extinguãt ipſo iure, qñq; ope exceptionis, qñq; differant, vt. §. dictũ eſt: tamen illæ dictiones habent quãdã vim tutem repetitiuam, vt diſpoſitio ſuum reaſſumat effectum impedimento ceſſante, vt d. l. pe. & d. l. iij. §. quod ſi quis. probaẽ aperti⁹ in. l. ſicut in annos. i prin. qui. mo. vſuſfru. amit. quod eſt notandum. † Quid de dictione dum. ª Reſpõdeo, idem quod in præ a dictis, vt. l. qui concubinam. §. vxori. § de le ga. iij. Facit quod not. in. d. l. iiij. de ſerui. & j. e. l. ſi quis ita legauerit. Quid de dictione quouſcq;. Credo idẽ quod in dictis dictionibus: quia eadem ratio quandoidem ſignificãt. vt de manu. teſt. l. Imperatores. & d. l. ſicut in annos. in prĩ. idẽ etiam de dictione vſq;. Quæro de dictione quãdoq;. Rñdeo idẽ, vt. j. e. l. cũ vir. Quæro de dictione qñ. Reſpondeo, vt. j. qñ di. le, ce. q pupillæ, & aduerte: qa oĩa prædicta aduerbia tpis de quibus. §. dixi, requirũt duo verba. ſ. verbũ diſpoſitionis, & verbum cõditionis. Idẽ ergo eſt dicẽdũ in ſimilibus aduerbijs tpis. idem credo, † q vbicũq; dixi dicta aduerbia facere cõditionẽ quia intelligo ſecũdario: principaliter tempus, vt dixi. §, de dictione cũ, & vide q de aduerbio poſtq;. dicã. j. e. l. quibus diebus. §. fi. Vlterius quæro † de aduerbio loci, vt de dictione vbi. Dico q qñque impropriè ponitur, & facit conditionem, vt. l. ſi ita ſcriptum. §. fi. §. de le. ij. Quæro de aduerbijs † quantitatis, vt de dictione quatenus. Dico q faciũt aliquando cõditionẽ, vt. l. ſtichum qui meus erit, §. de leg. j. licet qñq; aliter ponantur, vt. l. j. de no. ope. nũci. Vlterius q̃ro † qđ de aduerbijs negãdi: vt de dictiõe ne. Rñdeo, de hac eſt dubiũ an faciat cõditionẽ, vel modũ, & ideo de ea dicemus. j. e. in. l. qbus diebus. §. fi. vbi dicemus de modo: & ibi dicemus de quibuſdã aliꝭ dictionibus: vt de dictiõibus vt dũmodo, & ſimilibus. Subijcio † tñ hic regulã q omne aduerbiũ, quod diſpoſitionẽ ſuſpẽdit in aliquem futurũ euentum facit cõditionẽ. † Tertio principaliter quæro de prepoſitionibus, an p eas inducaẽ cõditio. Et dico q cõditio inducit qñq; per præpoſitiones deſeruiẽtes accuſatiuo caſui, vt per ad. j. eo. l. ſi vir. licet qñq; iſta eadem prepoſito reperiatur inducere modũ, vt. j. eo. l. quibus diebus. §. fi. & ibi de hoc dicam. Item per præpoſitionẽ deſeruiẽtem ablatiuo caſui, vt in ꝑpoſitione cũ: ſi voluntas defuncti appareat, vt. l. ſi ita fuerit. §. fi. §. de ma. teſt. Item per ꝑpoſitionẽ de-

17 fru. amit. quod eſt notandum. † Quid de dictione dum. ª Reſpõdeo, idem quod in præ a dictis, vt. l. qui concubinam. §. vxori. § de le ga. iij. Facit quod not. in. d. l. iiij. de ſerui. & j. e. l. ſi quis ita legauerit. Quid de dictione quouſcq;. Credo idẽ quod in dictis dictionibus: quia eadem ratio quandoidem ſignificãt. vt de manu. teſt. l. Imperatores. & d. l. ſicut in annos. in prĩ. idẽ etiam de dictione vſq;. Quæro de dictione quãdoq;. Rñdeo idẽ, vt. j. e. l. cũ vir. Quæro de dictione qñ. Reſpondeo, vt. j. qñ di. le, ce. q pupillæ, & aduerte: qa oĩa prædicta aduerbia tpis de quibus. §. dixi, requirũt duo verba. ſ. verbũ diſpoſitionis, & verbum cõditionis. Idẽ ergo eſt dicẽdũ in ſimilibus aduerbijs tpis. idem

18 credo, † q vbicũq; dixi dicta aduerbia facere cõditionẽ quia intelligo ſecũdario: principaliter tempus, vt dixi. §, de dictione cũ, & vide q de aduerbio poſtq;. dicã. j. e. l. quibus diebus. §. fi. Vlterius quæro † de aduerbio loci, vt de dictione vbi. Dico q qñque impropriè ponitur, & facit conditionem, vt. l. ſi ita ſcriptum. §. fi.

20 §. de le. ij. Quæro de aduerbijs † quantitatis, vt de dictione quatenus. Dico q faciũt aliquando cõditionẽ, vt. l. ſtichum qui meus erit, §. de leg. j. licet qñq; aliter ponantur, vt. l. j. de no. ope. nũci.

21 Vlterius q̃ro † qđ de aduerbijs negãdi: vt de dictiõe ne. Rñdeo, de hac eſt dubiũ an faciat cõditionẽ, vel modũ, & ideo de ea dicemus. j. e. in. l. qbus diebus. §. fi. vbi dicemus de modo: & ibi dicemus de quibuſdã aliꝭ dictionibus: vt de dictiõibus vt dũmodo,

22 do, & ſimilibus. Subijcio † tñ hic regulã q omne aduerbiũ, quod diſpoſitionẽ ſuſpẽdit in aliquem futurũ euentum facit cõditionẽ. † Tertio principaliter quæro de prepoſitionibus, an p eas

23 inducaẽ cõditio. Et dico q cõditio inducit qñq; per præpoſitiones deſeruiẽtes accuſatiuo caſui, vt per ad. j. eo. l. ſi vir. licet qñq; iſta eadem prepoſito reperiatur inducere modũ, vt. j. eo. l. quibus diebus. §. fi. & ibi de hoc dicam. Item per præpoſitionẽ deſeruiẽtem ablatiuo caſui, vt in ꝑpoſitione cũ: ſi voluntas defuncti appareat, vt. l. ſi ita fuerit. §. fi. §. de ma. teſt. Item per ꝑpoſitionẽ de-

d ſeruiẽtẽ vtricq; caſui, ª vt per prepoſitionẽ in, vt. j. e. l. ſolemus. & l.

24 nec ſemel. §. ſi in habitatione. j. qñ di. leg. ce. Et breuiter † hæc eſt regula qñ per præpoſitionẽ diſpoſitio ſuſpendiẽ in aliquẽ incertum futurũ euentũ: tunc inducitur conditio. iſta intelligũtur melius cum tractabitur de materia modi. §. eo. l. quibus diebus. §. fi.

25 Quarto † principaliter q̃ro de nomine: vtrũ ex vi noĩs inducat

e cõditio. Reſpondeo inter diſpoſitionẽ & cõditionem de neceſsitate debet eſſe diuerſitas, vt. l. ſi ita ſtipulatus. de verb. obl. & per oẽs. ll. huius tit. modo noĩa quæ ſunt de ſubſtantia diſpoſitionis, vt nomẽ perſonæ diſponẽtis, & perſonæ in quã cõferẽ diſpoſitio & rei de qua fit diſpoſitio, iſta nomina prout ſunt ſignificatiua

f alicuius ſubſtãtiæ exiſtẽtis non inducunt cõditionẽ. ª aliãs ſequeretur q idẽ eſſet cõditio, & diſpoſitio q̃ ſunt repugnãtia: ſed ſi ſunt ſignificatiua alicuius qualitatis ſubſtantiæ non exiſtentis, ſed q̃ dependẽt ex futuro euentu inducũt conditionẽ, vt lego partum Arethuſæ, fructus fundi: & ſimilia. hoc eñ nomẽ partus non ſignificat ſubſtãtiam, ſed quãdã qualitatẽ q̃ eſſe ſperaẽ rei futurę quaſi dicã, lego illũ hominẽ q erit partus Arethuſæ: vel quem Arethuſa pareret: & ſic de ſimilibus. vt hac. l. in fi. & l. iterdũ. de ver. obliga. vel ſi diceres q illa noĩa eſſent ſignificatiua ſubſtantiæ futuræ idẽ eſt: quia tacitã cõditionẽ continẽt ſi naſcẽ, ſi ineſſe produceretur. Itẽ quando in diſpõne apponunt quædam quę non ſunt de ſubſtãtia diſpoſitionis: ſed apponunt tanq; cauſa de futuro: vt ꝓmitto centum nomine dotis. iſtud nomẽ dotis eſt cã

26 pendens de futuro, & facit conditionem tacitam. ſi matrimoniũ ſequatur. vt. §. de iure do. l. ſtipulationem. cũ ſi. Idem eſt dicendũ in legato dotis noĩe: vt dicam. j. eo. l. titio centũ. §. titio. licet gl. hic dicat contrarium. idẽ in donatione cã mor. nã hoc dictũ cã mor. facit conditionẽ, vt. §. ſi cer. peta. l. non oĩs. & de do. cau. mor. l. ſi mortis. qñq; tñ cũ iſta apposita ſunt per modicum cauſæ futuræ faciunt modum. de quo dabimus doctrinam in. l. quibus diebus

26 in fi. j. eo. quia ergo † quandoq; noĩa ſuſpẽdũt diſpoſitionem, in aliquem futurum euentum: ideo dicuntur facere conditionem.

27 Quinto † principaliter q̃ro de pronomine. an cõditionẽ inducat. Circa q ſciẽdũ eſt q quędã ſunt pronomina q̃ requirũt vnũ ỹbũ tm̃: quędã ſunt q̃ de ſui natura requirũt duo. de primis dico, q quædam ſunt ſignificatiua ſubſtantiæ: vt ego, tu & ille, qlibet vterq;. & ſimilia: & iſta cõditionẽ nõ faciũt p ſe de ſui natura cõ-

e iunctiõis, vel aduerbij vel alterius partis oratiõis. vt. §. dixi de nomine: qa eadẽ eſt ratio. q̃dã ſignificant qualitatẽ: vt meũ, tuũ, & ſuũ. & iſta ſi quidẽ adiſcianẽ verbo futuri tẽporis faciũt cõditionẽ vel demonſtrationẽ, vt. l. nup. §. de leg. iij. de aliꝭ verò pronominibus q̃ requirũt duo verba, dico q q̃dam ſunt diſtributiua: q̃dam relatiua. diſtributiua ſi adiſcianẽ verbo futuri tpis ſemper faciunt cõditionẽ. hoc ꝓbatur primò in diſtributiuo ſi quis. §. de leg. j. l. qui filiabus. §. j. & §. de pi. ac. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. i fi. §. cũ ſi. Itẽ in diſtributiuo quiſquis, cũ ſuis obliquis. vt. §. de vulg. & pup. & l. qui liberis. §. hæc verba. & §. de leg. j. l. iij. §. fi. & C. de impu. & aliꝭ ſubſti. l. fi. cũ ſi. licet ſit argu. contra. j. eo. l. in conditionibus. §. j. dic vt ibi. Itẽ in diſtributiuo quicũq;, vt. j. de iur. fiſc. l, edicto. circa prin. Item de diſtributiuo vter. vt. §. de condi. inſt. l. vter. & idem in omnibus ſimilibus quæ duo verba requirunt de ſui natura. ſed ſi adiſcerenẽ verba præteriti temporis, vel præſentis, eſſet demonſtratio. vt. j. eo. l. demonſtratio. & ibi dicit. De

28 relatiuis † videamus: & primò de relatiuo ſubſtãtiæ, & de relatiuo quis vel qui. q eſt relatiuũ ſubſtantiæ, vt no. C. de ſenten. quę pro eo q intereſt profe. l. j. in añpe. gl. & inſti. de inuti. ſtipu. §. alteri. de hoc dico q qñq; poniẽ diſtributiuè non relatiuè. q eſt qñ referẽ ad aliquã generalitatẽ, vel ad terminum cõmunem: & tũc facit cõditionẽ, ſicut alia diſtributiua, vt ꝓbaẽ de re. dub. ſi fuerit qñq; poniẽ relatiuè quod eſt quãdo refertur ad rem certam, vel limitatam, & tunc ſi quidem iungitur verbo præſentis, vel pręteriti temporis, nunq; facit conditionem ſed demonſtrationem, licet quædam iura videanẽ contrarium dicere. quod examinabimus. j. eo, leg. demonſtratio. in principio. quandoq; iungiẽ verbo futuri tẽporis: & tunc facit cõditionẽ, vt. l. ſtichũ qui meus erit. §. de leg. j. &, §. de leg. iij. l. nuper. in fi. Sed contra hoc videtur for

29 titer obſtare. §. de hæred. inſtitu. lege. ij. vbi dicit teſtator ex parti bus quas aſcripſero: & tamen partibus non ſcriptis eſt hęres. Ad

g hoc reſpondeo, ª & bene notãdũ eſt q iſtud relatiuũ iunctũ verbo futuri tẽporis inducit cõditionẽ ad ſuũ antecedens, vt dictis legibus patet. Hoc ꝓmiſſo qñq; iſtud relatiuũ refertur ad aliquod ſubſtantiale

ſubſtãtiale ipſius diſpoſitionis, vt puta ad rem legatam: & tunc tota diſpoſitionẽ facit conditionalẽ, vt. l. ſtichum. & l. nuper. præ alleg. Quandoq; refert ad aliquod accidẽtale ipſius cõditionis: tunc ipſum accidens facit cõditionale: & ſic deficiẽte cõditione remanebit diſpoſitio iuris ſine illo accidẽti, vt hic, & in. d. l. ij. Nã ibi dicit inſtituo te ex partibus quas adſcripſero. antecedẽs illius relatiui quas, eſt illa dictio partibus: pars autẽ inſtitutionis non eſt de ſubſtantia, ſed eſt quodã accidens: & ideo cõditione deficiente deficit illud accidens: & remanet ſine partibus inſtitutis. Et hoc vult ſentire gl. §. de leg. j. l. ſtichum qui meus erit. Ex hoc

29 † concludo aliud de quo poſſes quærere, vtrum relatiua accidentis, vt qualitatis, quãtitatis, vel quotitatis, vel numeri, vt qualis quantus, quotus: et quodcũq;, faciãt conditionẽ, ſi iũganẽ verbo futuri temporis. Et dico q faciant cõditionalem illam qualitatẽ: non totalem diſpoſitionem: argu. d. l. ij. & videẽ eſſe caſus de hæ

a redi. inſti. l. clemens. §. fi. ª ſecundùm vnum intellectum gloſ. Sed

b quæro ᵇ iuxta prædicta, † an iſta conditio quæ inducitur per iſta

30 relatiua, dicatur conditio tacita vel expreſſa. Et gl. quæ eſt in. d. l. ſtichum. dicit q eſt conditio tacita. Idem ſentit hic in fi. text. & glo. ſi bene inſpiciatur. Contra hoc videtur tex. quia ſiue cõditio apponatur per ſi, ſiue per relatiuũ iunctum verbo futuri temporis nihil intereſt, vt. d. l. ij. de hære. inſti. & §. de lega. iij. l. nuper. in fi. & ibi tex. videtur. Quid dicendũ? Dico q; eſt conditio tacita per tex. & gl. huius legis, in fi. Ratio huius eſt: quia natura conditionis vult vt ipſam diſpoſitionem reſpiciat. & ipſam ſuſpendat, vt. j. eo. l. legata. & l. cũ ad præſens. cum. l. ſeq. §. ſi cer. pe. l. cedere

c diem. de verb. ſignifi. ſed iſtud non refert ſe ad diſpoſitionem, vl actum verbi diſponentis principaliter, ſed ſolũ refert ſe ad ſuum antecedens. alias accidens ſecundariò per illud antecedens: vel accidens ſic qualificatum porrigitur ad actum verbi diſponẽtis & ideo dicit fieri conditio tacita: quia hoc contingit ex natura rei in diſpoſitione appoſitæ ſic qualificatæ per relatiuum. ſicut dicitur tacita, quando legantur fructus fundi, vel partus ancillę & ideo dicitur tacita: quia ſecundariò hoc facit: ſicut dicimus de dictione cũ, & aliꝭ aduerbijs temporis, vt ſupra dixi. Et hoc eſt multum vtile propter illas differẽtias quas ſupra poſui inter ſi, & cũ. Non obſtant iura iſta: via verum eſt q nil intereſt: non tñ

31 per omnia nil vt in multis ſimilibus habemus, vt in. l. ſacrilegij. §. ſi quis. j. ad. l. Iul. pecu. Ex his ergo † concludo q conditio dicit

c tacita quatuor modis. Primò cùm nil exprimitur, nec id quod ſuſpenditur, nec euẽtus in quem ſuſpenditur, vt in illis conditionibus quæ tacitè ſubintelliguntur à lege vt. §. de lega. j. l. iij. vel q̃ ex vi nominis inſunt, vt. §. dixi. Secundò quando actus ſuſpendens exprimitur, ſed non exprimitur euentus in quem ſuſpendi tur, vt in conditione, quæ inducitur per dictionẽ aliãs, & alioqn vt. §. dixi. Nam conditio eſt quæ ſuſpẽdit, & illa exprimit: & ipſa continetin ſe tacitè euentum in quem ſuſpenderetur. Tertiò, qñ vtrũq; exprimitur, ſed principaliter denotat tempus, ſecũdariò conditionẽ. Quartò ſimiliter quãdo vtrunq; exprimitur, ſed nõ

32 porrigit principaliter ad actum verbi, vt in conditione quæ inducitur per quis vel qui. vt. §. dixi. † Ex his habes quòd conditio quæ inducitur per cõiunctiones eſt conditio expreſſa: quia actũ verbi reſpicit. Item quę inducitur per aduerbia, niſi ſit aduerbiũ temporis: quia etiam aduerbium temporis reſpicit actum verbi & ipſum ſuſpẽdit. Idem dico de ea quę inducitur per præpoſitiones: quia etiam præpoſitio circa actum verbi diſponit, & eum ſuſpendit in aliquem euentum. Idem dico de his conditionibus q̃ inducuntur per nomina diſtributiua: quia ſemper diſtribuunt circa actum verbi, & ipſum ſuſpendunt. Et hoc eſt verum cum actus aliꝭ euentus in quem ſuſpendatur, exprimitur. Et de effe-

33 ctu iſtarũ conditionum quę tacitè intelliguntur, dicemus. j. eo. l. conditiones quæ extrinſecus. Sexto principaliter † quæro de verbo, an cõſtitutiones inducat. Breuiter dico quod non. Nam aut dicis quod verbum inducat conditionem reſpectu ſuiipſius: & hoc eſt impoſsibile: quia diſpoſitio & cõditio eſſet idem. Aut re ſpectu alterius verbi poſiti in alia diſpoſitione: & videtur etiam impoſsibile. Nam vnum verbum non coniungitur verbo alteri nec diſponit in illo, niſi mediãte aliqua coniunctione, aduerbio vel aliq̃ alio diſtributiuo, vel relatiuo, quod haberet hoc ĩducere & ſic non induceretur ex natura ſui, ſed ex natura alterius, vt dictum eſt. aliãs faceremus malam grammaticam, contra. l. Plautus. de aur. & arg. l. Prę dicta fallunt in verbo infinitiui modi, q

poteſt cõiungi alteri verbo ſine cõiunctione: & tunc ſicut nomẽ poſſet inducere con ditionẽ, vt verbi gratia, promitto te dotare

34 ar. l. ſtipulationẽ. de iu. do. † Septimò princi paliter videndũ eſt de participio, an indu- b cat cõditionẽ. Circa qđ eſt ſciendũ q qñq; participia ponunt abſolutè: & tũc eſt mirabile: quia licet fuerit præteriti tẽporis: tñ inducit cõditionẽ. Ratio: qa futurũ tẽpus ſignificat cũ quadã præteritione, vt dicamus in futuro ſubiunctiui. Hoc probaẽ j. eo. l. à teſtatore. & j. ti. j. l. acceptis. §. de euict. l. qui libertatis. §. ſeruus. de vſur. l. euic. de ſtatu- c libe. l. ſticho. in prin. & §. j. & iſtam cõditionem reputo expreſſam: qa actus verbi diſponẽtis per has conditiones directò ſuſpẽ- d ditur, & euentus in quẽ ſuſpendiẽ exprimi

35 tur. Quandoq; participia † nõ ponunt abſolutè, ſed reguntur ſicut aliꝭ caſus: & tũc participia præſentis, vel præteriti tẽporis nõ faciunt cõditionẽ: qa nõ iunt de futuro. Cir- e ca participia verò futuri tẽporis poſſunt dubitari, an faciant cõditionẽ, vt in hoc exem

d plo, lego tibi ª ſtichũ futurũ meũ cũ moriar. Et vr̃ q nõ facit cõdõnẽ, vt. l. ſi qs vina. in prin. §. de peri. & cõmo. rei vẽ. Cõtrariũ cre f do q faciant cõdõnẽ tacitã, ſicut cũ dico ſtichũ q meus erit cũ moriar, vt d. l. ſtichũ qui meus erit. Nã eſt eadẽ ratio: qa talia participia magis adiſciũt quãdã qualitatẽ futurã rei legatæ q̃ actui verbi, vt §. dixi. Non ob. l. ſi qs vina. quia illud participiũ deguſtanda, fuit adiectũ executioni, nõ diſpoſitioni. Item habuit limitationem certi tẽporis: me g ritò nõ facit diſpoſitionẽ cõditionalẽ. Facit l. ex his. C. qñ di. le. ce. dixi §. circa dictionem cũ, facit qđ dixi §. circa aduerbiũ tpis.

36 † Octauò quęro principaliter de gerũdijs ᵉ. e Reſpõ. de hoc dixi §. de acq. hære. l. ſi tu ex parte. Scias tñ q ſecũdũ grãmaticos gerundium nõ differt ab infinitiuo, niſi qa habet caſum: & ideo dic. Aut gerundiũ poniẽ in cõſtructiõe mediãte aliqua præpoſitione: & tũc dic vt §. dixi in vj. q. prin. Qñq; ſine præpoſitiõe: tũc dic vt §. dixi in vj. q. de verbo infinitiuo qđ noĩaliter ponitur. Declarui latius in d. l. ſi tu ex parte. ideo nõ curaui perfectã dare doctrinam, ſed ſi vtrũq; repetitur ex iam dictis põt ſumi quid iuris ſit.

f Nonò quęro ᶠ de ſupino. † Circa quod ſciendũ eſt vt dixi de gerũ

37 dio. Nã ſupinũ non differt ab infinitiuo, niſi qa habet caſum. Ideo aduertẽdũ eſt: qa ſupinũ nõ habet niſi duos caſus. ſ. ablatiuũ & accuſatiuũ. Rõ eſt: qa natura ſupini eſt deſignare ſeu reſpicere ſolũ terminũ alicuius actus: & terminus eſt duplex. ſ. terminus à quo: et per hoc habemus ablatiuum, vt §. de mino. l. iij. §. minorẽ. vbi hoc ſupinũ natu, intelligitur à momento natiuitatis. Vel eſt terminus ad quem: & per hoc habemus accuſatiuum, vt l. ſi qñ. §. fi. vt leg. no. ca. Sed iſtud quod habet ſe p modum termini, nõ ſuſpendit diſpoſitionem, ſed magis terminat: ideo puto q per ſupinum non inducatur cõditio, niſi ratione alterius verbi cui adiungitur. & hæc dicta ſufficiant.

1 ☞ *Conditio caſualis poteſt impleri viuo teſtatore, & etiã poteſtatiua, ſi fuerit facilis.*

2 *Conditio poteſtatiua facilis debet impleri ſcienter & non facto, & poſt aditam hæreditatem ſi reſpicit perſonam hæredis.*

3 *Probatur quòd quis fecerit aliquid animo implendi conditionem probando q ſciuerit conditionem inſertam.*

4 *Conditio caſualis in contractibus ſufficit q ſit impleta ante contractum.*
Poteſtatiua facilis poſt contractum impletur etiam à ſciente: ſed quo ad obligationem acquirendam non ſufficit aliquid factum eſſe facto, & ad pœnã euitandam ſic.

5 *Statutum q ſi quis ſoluerit decem, eximatur de bãno, nõ ſufficit ſoluiſſe ante ſtatutum.*

LEX II.

g Onditionũ. ª Cõditiões † caſuales poſſunt viuo te

1 ſtatore ĩpleri. ſecus ſi fuerit ptãtiuę et faciles: qa tũc debent impleri poſt mortẽ, & ſciẽter nõ facto. h. d.

a ¶L. clemẽs. §. fi. Adde bonum tex. & ibi Bar. & doc. in l. ſi Titius mihi. §. cùm ita. de lega. ij.

b ¶Sed quæro. Condi tio quę inducit p relatiuum an ſit tacita. Adde bonũ text. in l. ſi qs ita promiſerit. in prin. & ibi Bar. & doc. de ver. obli. adde tñ q impedit trãſmiſſionẽ ſcdm Bar. in l. cõditiones extrinſecus. j. eodem.

c ¶Quatuor modis. Quot modis condõ dicaẽ tacita p Bal. in rub. C. de inſt. et ſub.

d ¶Lego tibi. Et de iſta oratione cũ moriar, vide Bart. in l. q duos. §. hæc cõdõ. ff. de manumiſ. teſta. et ibi Ang. q ſingl⁹ loquitur. Andr. Barba.

e ¶De gerũdijs. Gerũdiũ vtrũ faciat cõdõnẽ, hr̃ p Iac. Bu. in l. j. C. de his q latro. & latè per Bal. in l. falſus i iij. col. C. de fur.

f ¶Nonò quęro. Vide gl. i l. Męuia. in prin. ſo. ma. & Bal. in l. id qđ pauperib⁹. i j. col. de epi. & cle. & Ioã. And. in c. j. de poſtu. præla. in vj. in nouel. De participio vide qđ dixit Bar. i l. tũc. in fi. §. de pe. lega.

g ¶Cõditionũ. Et facit iſte tex. an tps impleꝺi condõne currat ignoranti. de quo per Bal. in l. j. in ix. q. C. de inſti. & ſubſti. & aliq̃d per Bal. in aut. cui relictũ. in ij. colũ. verſi. quæro de quo anno. C. de indi. vid. Itẽ facit an menteca ptus poſsit condõnẽ implere. de quo per Bald. in l. j. §. ſinautẽ. aliquid ſub conditione. de cadu. tol.

¶Opp.quod conditio. Adde quod not. Bar. in l. iiij. in princ. de adi. lega.

Quæro qd. Et facit si mulier dicit, do tibi me & mea: & nō dicat ex cā dotis, ſtelligit. tex. eſt ſing. ī l. q̄ aūt ī ſtipulone. ℣. ī ductiōe. ff. de iu. do. ſecūdū Bal. in l. nulla. C. de iu. do. & vide Bal. ī l. id q̄ pauperib⁹. ī vl. q. C. de epiſ. et cle. & vi de Bar. ī l. q ſub cōditiōe. ī. eo. & ibi Io. de Imo. & vide ba. ī add. Spec. ī tit. de iſti. edi. ℣. teſtōr mādauit hēdi. et vide gl. ī. c. ſi. de do. & cōt. & ibi Bal. dicit q̄ nō excuſat ad lucrū vel ad aliū obligādū factū ignorātis. An. Barb.

¶Añ ſtatutū. Not. de eo q̄ ſoluit ante factū ſtatutū, andebeat exi mi de banno. Adde Bart. ī l. ſi qs ī grauiores. vtrū. ad ſyl. & in l. oēs. pp̄ri. ī. v. q. princ. de iu. & iur. & q̄ ipſe no. ī. l. cū lex. ī. & fide iuſſo. alias de lega. ī. POMATES.

¶Obtinuit. Vide ad iſtā. l. Ial. ī l. apud Iulia. ſ. fi. ī. j. colū. ī. iiij. no. de leg. j. & ī l. j. in vl. col. ℣. & q̄rit. Iacro. C. de iſti. & ſubſ.

¶ſ. ſi ita. De dictiōe tūc, adde q̄ hñtur per gl. ī cle. cū ei. & cōcef. p̄bē. ī. c. ꝓterea. de ap. & p Io. an. ī nouella. add. l. vxori vſumfr. ville. & ibi Barto. de vſufr. leg. & not. per Ang. ī l. Gall⁹. & ibi tex. cō gl. ī tit. de lib. & poſth. & glo. ī l. j. C. de codi. & Bal. ī l. j. de mil. vaſ. q. cōt. ē.

¶Cōditionib⁹. & vi de aliū caſum vbi ſit adire ſine tutore. l. fi. ſ. ſinaūt in ſecūda C. de bo. q̄ libe. & aſs p moderniores ī. l. pupillus. ff. de acqr. hæred. Andr. Barba.

¶Quæro de adulto. p Imo. ī. l. ſi fundus. ī. eo. & ī. l. cū pupillus. in prin. ī. eo. & Bal. in l. ſi ſeruus. de ſolu.

¶Vltimò iſtud. Et vi de Bal. ī. l. itē qa. ſ. de pac. & Bal. ī. l. ſi conſtāte. & ibi do. Io. ſo. matr. And. Barba.

¶Et hæc faciunt. & vide gl. in. l. ea quæ. ī. ad munici. An. Barb.

¶Mulcta. Non recedit. Et ſtellige vt no. ī. l. ſtipulat⁹. cū ſim mihi à pculo. de ℣. obl. p Bar. Adde tñ ſecūdū Bal. ī. l. ī. hōgi⁹. de iud. arg. ali⁹ tex. q̄ ſi arbiter elect⁹ in cā ſe abſentat, ita q̄ de facti non poſſit haberi ali⁹ de nouo eſt eligēdus. & vide Inno. de offi. de le. ī. l. prudētiā in gl. q̄ ſcipit, ex loco Quid ſi executor moriē añq̄ arbitrer, vidē Spec. ī. ti. de inſtru. edi. ſ. nūc verò aliqua. ℣. qd ſi prius moriē. & adde bal. ī. l. j. circa penul. col. de lega. ij.

¶Iudicem reducentē. Si fui cōdēnat⁹ ī qnquaginta, & p iudicē reducentē ad arbitrium boni viri in cētū, ſi nō ſoluā: teneor ad pcnā. p eo tm̄ qd iudicauit primus. vide oſno Bal. ī. c. j. ſ. ſi aūt ſter. pares. ī prin.

In tex. ibi, viuo teſtatore. dic vt ſi fuerit caſualis, vt oſtendunt exempla. Ibi, teſtatoris dic vt ſi fuerit poteſtatiua & facilis, vt oſtē dunt exempla. Opp. q̄ conditio[a] poteſtatiua poſſit impleri viuo teſtatore, vt. j. e. l. hęc conditio. & l. multum. Solu. ibi loquitur de poteſtatiua difficili, vt de contrahendo matrimonio, hic de poteſtatiua facili. Exhis diſtingue no. vt in glo. quam ſigna. † Quæro quando debet impleri poſt mortem, vtrū ante aditam hæreditatem, vel poſt. gl. dicit q̄ aut eſt implenda in perſona hæredis: & tunc poſt aditam hæreditatem. aliâs ante, vt dicit gl. & bene. † Quæro quomodo probabitur q̄ quis aſcenderit Capitolium animo implendi cōditionem: & ſic non facto. Reſpondeo, eo ipſo q̄ probatur ipſum ſciuiſſe conditionem inſertam, videtur aſcendiſſe cauſa implendi conditionem, vt text. hic expreſsè dicit. Dicit enim q̄ ex hoc videtur paruiſſe conditioni: & ſic lex fingit, ſed p̄ſumit eo animo feciſſe. † Quæro qd in contractibus? Rñ. idem. Nam ſi eſt conditio caſualis, ſufficit impletam eſſe, anteq̄ contractus celebraretur, licet contrahentes ignorarent, vt. j. eo. l. hæc conditio. ſ. fi. & l. ſeq. ſi eſt conditio poteſtatiua & facilis, debet impleri poſt cōtractum perfectum. Itē debet impleri à ſciente non facto. Ex hoc Dy. in. l. cum ſeruus. j. de verb. obli. dicit q̄ quantum ad obligationem acquirendam non ſufficit fieri facto: imò oportet probari factum eſſe à contrahente, vel alio nomine eius. Secus quantum ad pœnam euitandā, vt. l. ea quidem. C. ſi manci. ita fue. alie. qd plenè dic vt dixi in. d. l. cū ſeruus. † Quæro quid in diſpoſitione legali. Reſpond. idem eādem rationem: & per hoc ſi ſtatutum diceret quòd ſi quis ſolueret decem eximatur de banno, non ſufficeret ei qui ſoluiſſet ante ſtatutum.

LEX III.

Btinuit. Conditio impoſsibilis in vltimis volūtatibus habetur pro non appoſita. hoc dicit. Oppon. C. de his quę pœ. not. l. j. Solu. gl. q̄ hic apponitur in perſona honorati. ſecus ſi in perſona onerati, vt præcipio hęredis q̄ faciat impoſsibile: aliâs dec ē. Sed certè tunc non eſſet conditio impoſsibilis, ſed neceſſaria. Si eā facere eſt impoſsibile: ergo relictum ſub conditione ſi non fecerit, eſt relictum ſub conditione neceſſaria. Dic ergo q̄ in contrario illud ideo eſt: quia habet p̄cedentem diſpoſitionem turpem, ſecundum Petr. & alios, licet Dyn. tenet gl. in. c. nemo. poteſt. extra de regu. iur. & hoc plenè explicaui in. l. j. ſ. de condi. inſti. Opp. j. ad Treb. l. facta. ſ. ſi ſub conditione. Soluit glo. & ibi plenè dixi.

His. Sicut ſcinditur legati præſtatio: ita cōditionis implementum. hoc dicit. Oppo. gl. Inſtit. de ſucceſ. lib. ſ. ſi verò teſta. Solue vt in ea. Nam cùm hæres ſolueret hodie totum deberet hæredi ſolui cauſa conditionis implē dæ. vel dic quod patronus nihil præſtat: & ſic hæres non tenetur, niſi pro duabus partibus meritò ſibi non datur cauſa conditionis implendæ, niſi pro duabus partibus: vt infra eodem. l. Plautius.

Tempus ultimum ſpectatur, q̄n conditio dependet ex poteſtate debitoris: aliter non.

Si ita. Si conditio deficit ante diem, expectatur dies, ꝓpter dictionem tunc, quæ temporis extremitatem ſignificat. hoc dicit. Concordantiæ ſunt in gloſ. tamen allegat duas leges quæ videntur contrarię: vt. l. ſi eum. ſ. j. ſ. ſi quis cau. & l. in illa. de verb. oblig. quæ dicunt expectari diem conditione impleta, etiam ſine dictione tunc. Sed dic quandoq̄ † conditio dependet ex poteſtate debitoris: & tunc vltimum tempus inſpicitur, ſi ne dictione tunc: vt. d. l. in illa. Aut non pendet ex poteſtate debitoris: & non expectatur vltimum tempus: vt. l. hoc iure. de verbo. oblig. fallit ſi eſſet appoſita dictio tunc, vt hic.

Pupillus poteſt ſine tutore cōditionem implere, q̄n non continet alienationē pupilli.
Adultus an poſſit conditionem implere.
Seruo poteſt dari pro implenda conditione.
Res minoris pro dote an poſſit obligari: remiſſiuè.
Subſtitutio vulgaris expreſſa facit de neceſſario voluntarium non tacita.

Onditionibus. Pupillus puus, & filius poſſunt implere cōditionem. h. dicit. Opp. † pupillus non poteſt ſine tutore dominium transferre: ergo non poteſt cōditionem implere: vt. l. quod ſi fortè. ſ. fi. de ſol. Soluit gl. q̄ hic loquitur in conditione, quæ conſiſtit in faciendo: ſecus ſi in dando: vt in contrario. Probatur in. l. ſi ſeruus decem. de ſolu. Et idem ſi in perſona pupilli eſſet implēda conditio: vt. d. l. ſi ſeruus. Hoc ſatis bene dictum: tamen ſubtiliùs intuendo non eſſet diſtinguendum, conſiſtat in dando, vel faciendo. Nam poſſet conſiſtere in dando: & tūc non requireretur tutoris authorit. vt ſi pupillo daretur ad alterius vtilitatem: vt. l. ſi ſtipulatus fuero. de ſol. Idem ſi deberet dare rem alterius tanq̄ miniſter, eadem ratione. Item ſi conditio conſiſteret in faciendo, poſſet continere alienationem: vt ſi ædificauerit in meo domum ex ſuis cæmentis. Debet ergo diſtingui: aut conditio cō tinet alienationem rerum pupilli, aut non. † Quæro de adulto. Reſpondeo videtur aliud. Text. eſt in. l. Lucius. j. de manu. teſta. Quæro, † ſi debet dari ſeruo cauſa conditionis implendæ, vtrum ei poſsit dari ſine iuſſu domini. Reſpondeo, ſic, & j. e. l. quí here di. in prin. Vltimò iſtud prin. nota diligenter: Aut actus, qui celebratur per pupillum, eſt cauſa immediata obligandi ipſum: & non obligatur: Aut non eſt cauſa immediata: & poteſt obligari. Et hæc † faciunt ad. q. an res minoris poſsit obligari pro dote ſine decreto: quod dixi in. l. ſi conſtante. in prin. ſ. fol. matr. Et hæc lex facit q̄ ſic: quia non obligat minor, ſed lex. ſed dic vt ibi dixi. Sed contra hoc oppo. quia teſtator apponendo conditionem poteſtatiuam, videtur feciſſe de neceſſario voluntarium: vt. ſ. de hę re. inſti. l. Corne. Solu. Ibi expreſsè confertur involuntatem inſtituti, vt ſi voluerit: hic tacitè conditione velata: puta ſi Capitolium aſcenderit. A ſimili ſic dico † expreſſa vulgaris facit de neceſſario voluntarium: ſecus in tacita, vt dixi in. l. ſi filius quí patri. de vulg. & pupil. Opp. ad fin. ſ. de condi. inſt. l. quę ſub conditione. Soluit gloſſ. duobus modis. tene ſecundum.

Quantum ad pœnæ cōmiſsionem etiā in ultimis uoluntatibus nō recedit̄ à perſona.
Condemnatus in quinquaginta per arbitrium, per iudicem reducentem in centum, ſi non ſoluit centum, nō incidit in pœnam cōpromiſsi, niſi pro eo q̄ arbiter iudicauit.
Iuſſus aliqua facere arbitrio executoris ſub pœna, ſi executor non arbitratur, ſed epiſcopus, iuſſus non incidit in pœnam.
Arbitrator ſi differat arbitrari, quantum tempus requiratur ut dicatur nolle arbitrari, remiſsiuè.

Vlcta. † Quantum ad pœnæ commiſsionem etiam in vltimis voluntatibus à perſona non recedit̄ur. hoc dicit. Oppo. q̄ in vltimis voluntatibus recedi tur à perſona, & alius loco eius arbitratur: vt. l. fi. ſ. ſed & ſi quis. C. communia de le. Sol. Fateor q̄ recedit̄ur quantum ad diſpoſitionem. ſ. vt grauius facere teneatur, vt ibi: non quantum ad pœnæ commiſsionem, vt hic, & dixi in. l. ſi quis arbitratu. de ver. oblig. Per hoc dico † q̄ ſi ego fui condemnatus in quinquaginta ab arbitro; & per iudicem reducentem ad arbitrium boni viri fui condemnatus in centum, teneor: licet ad illa centum teneor: tamen ſi ea non ſoluo, non incido ad pœnam compromiſsi, niſi p eo quod iudicauit arbiter primus, non pro eo quod iudicauit iudex reducens, vt hic. Pro hoc. l. cum apud Sempronium. iudi. ſo. Item per † hoc dicitur q̄ ſi hæres eſt iuſſus aliqua facere arbitrio executoris,

